952

P. 990

SYNOPSIS
PRIMI TENTAMINIS
PRO
LITTERATURA SCIENTIISQUE
INSTAURANDIS
APUD LUSITANOS,

Ad Auctores Ephemeridum Pariſienſium conſcripta.

Per ANTONIUM TEIXEIRA-GAMBOA.

ULYSIPPONE,
Et Pariſiis,
Apud P. AL. LE PRIEUR, Regis Typographum,
& Bibliopolam in via San-Jacobea,
ſub ſigno Olivæ.

M. DCC. LXII.

ESSAI
SUR LES MOYENS DE RÉTABLIR *LES* *SCIENCES & les LETTRES* EN PORTUGAL,

Adreſſé à MM. les Auteurs du Journal des Sçavans.

Par ANTOINE TEIXEIRA-GAMBOA.

A LISBONNE;

Et ſe trouve à Paris,

Chez P. AL. LE PRIEUR, Imprimeur-Libraire ordinaire du Roi, rue S. Jacques, à l'Olivier.

M. DCC. LXII.

AVERTISSEMENT.

IL parut en 1746, ſous le nom poſtiche de *Barbadino*, donné à un prétendu Capucin d'au-delà des Monts, un Ouvrage Portugais en 2 vol. *in*-4°. intitulé littéralement : *La véritable Maniere d'Etudier au grand avantage de l'Etat & de l'Egliſe, accommodée aux uſages & aux beſoins du Portugal.* Cet Ouvrage fut diverſement accueilli : tous les habiles gens le goûterent ; mais il attaquoit trop de préjugés pour ne pas eſſuyer de contradictions, le Capucin Barbadino fut principalement l'objet des railleries d'un Ecrivain Eſpagnol, dont le Journal Etranger, d'Avril 1760, a fait connoître une Satyre aſſez picquante ; on reconnut ſous ce traveſtiſſement la plume hardie & ſavante d'un Archidiacre d'Evora, du célé-

bre M. *Louis - Antoine Verney*, Auteur d'une Logique & d'une Métaphyſique excellentes, ainſi que d'un *Apparatus ad Philoſophiam & Theologiam*, le tout à l'uſage de la Jeuneſſe Portugaiſe. Les traits que le P. *Iſla*, *J.* a ſemés dans ſa burleſque Hiſtoire du Frere Gerondif ou Gerondio, n'ont point empêché la nouvelle Méthode d'être très-bien reçue en Eſpagne, puiſqu'en 1760 elle a été traduite en Langue Caſtillane par le Docteur *Joſeph Maymo y Ribès*, Avocat des Conſeils-Royaux, & imprimée à Madrid.

Ce ſont les vûes & les procédés de cette Méthode, c'eſt la ſubſtance même de l'Ouvrage que préſente l'analyſe latine *d'Antoine Teixeira-Gamboa*, nom probablement ſuppoſé, ſous lequel ſe cache encore M. *Verney*. On a crû qu'un pareil Ouvrage méritoit d'être connu en France, & qu'il pourroit avoir ſon utilité ; on l'a traduit en François

pour ceux que la ſeule vûe d'un texte Latin n'éloigne que trop ſouvent parmi nous de la lecture des bons Livres. Ils trouveront dans celui-ci un très-beau Plan d'Etudes avec beaucoup de bonne critique & de goût, & une connoiſſance étendue des meilleures ſources en tout genre.

ANTONIUS
TEIXEIRA-GAMBOA,

Viris doctiſſimis humaniſſimiſque, qui Ephemerides ſapientum conſcribunt;

S. P. D.

QUOD, ad vos, homo, ne nomine quidem notus, ex tam longinqua urbe, epiſtolas mittam; cauſa eſt ut vos, de iis quæ in noſtro regno eveniunt, certiorem faciam, veſtræque voluntati morem geram. Audivi enim nihil vobis gratius fieri poſſe, quam ſi de progreſſu ſtudiorum in remotioribus provinciis, deque libris & recentioribus ea de cauſa conditis, atque vulgatis, diligentiſſime doceremini, quo facilius ephemerides veſtras omni eruditionis ſupellectile exotica, ut ita dicam, & peregrina ornare poſſitis. Sed de cauſa ſatis, ad rem venio.

ANTOINE TEIXEIRA-GAMBOA,

Aux très-éclairés & très-honnêtes Auteurs du Journal des Sçavans, Salut.

JE ne vous ſuis point connu, pas même de nom, la diſtance des lieux la plus grande nous ſépare; & cependant je vous écris, perſuadé que je remplirai vos déſirs, en vous apprenant ce qui ſe paſſe dans ma patrie. Si la renommée ne m'a point trompé, rien n'eſt plus agréable pour vous que de vous voir informés du progrès que les Lettres font au-dehors, & des ouvrages qui y paroiſſent, & qui tendent à en procurer l'avancement. Rien en effet ne doit vous l'être plus, puiſqu'au moyen de cette correſpondance toute la littérature étrangere paſſe entre vos mains, & vient comme d'elle-même

Anno CIↃIↃCCXXXVI. *editus fuit Valentiæ in Hiſpania ab Antonio Balle, typotheta, liber duplici volumine in quarto, uti vocant, idque Luſitana lingua, hoc titulo:* Verdadeiro Metodo de eſtudar para ſer util à Republica, e à Igreja: proporcionnado ao eſtilo, e neceſidade de Portugal. *Quaſi dicas* Vera Methodus ſtudendi diſciplinis magno Reipublicæ & Civilis, & Eccleſiaſticæ commodo, ut Luſitanorum & conſuetudo, & neceſſitas poſtulare videtur. *Nullum auctoris nomen præfert opus, ſed ab Capuccino quodam Italo anonymo, qui Ulyſippone longum tempus fuiſſet, conſcriptum eſſe declarat. Tale autem eſt conſilium operis, & occaſio ſcribendi. Capuccinus noſter à doctore quodam Conimbricenſi rogatus, ut aperiret, quid ipſe judicaret de Luſitanorum docendi ratione, quoque modo domeſtica errata emendari poſſent, plures epiſtolas ad doctorem mittit, in quibus ſingulis de ſingulis diſciplinis diſputat. Has epiſtolas, neſcio quo modo, prædictus Balle nactus eſt, eaſque publico bono in lucem emiſit, muti-*

ſe placer dans votre Journal, & l'orner de ſa variété. Tel eſt le motif qui m'a fait prendre la plume : quant à ce que j'ai à vous apprendre, le voici.

En 1746, Antoine Balle, imprimeur, fit paroître à Valence en Eſpagne, un ouvrage en deux volumes in-4° écrit en langue Portugaiſe, & intitulé : *Verdadeiro Methodo de eſtud ar para ſer util à Republica, e à Igreja : proporcionado ao eſtilo e neceſſidade de Portugal*, c'eſt-à-dire, *la véritable maniere d'étudier au grand avantage de l'Etat & de la Religion, conformément à la néceſſité dont il eſt de réformer à cet égard la méthode ſuivie en Portugal.* L'ouvrage eſt ſans nom d'auteur, mais l'éditeur nous apprend qu'il a été compoſé par un Capucin Italien qui avoit demeuré fort long-temps à Liſbonne. Il nous apprend encore à quelle occaſion. Preſſé par un docteur de Coïmbre de s'ouvrir à lui ſur ce qu'il penſoit de la maniere d'enſeigner uſitée en Portugal, & ſur les moyens de corriger ce qu'elle pouvoit avoir de défectueux, notre Capucin lui écrivit pluſieurs Lettres, dans chacune deſquelles il étoit queſtion d'un objet d'étude particulier. Le haſard ayant fait tomber ces Lettres entre les mains

latis nonnullis periodis, quæ aliquid ſecreti habere viderentur, ne crabrones irritaret. Hæc ipſe Balle in præfatione præ ſe fert: aliaſque anecdotas epiſtolas apud ſe exſtare declarat, quæ fortaſſè tempore edentur. Totum itaque opus ſexdecim epiſtolis abſolvitur: quarum octo in primo, totidem in altero volumine continentur. De quibus breviter diſputabo.

I. In prima epiſtola, poſtea quam ſcribendi occaſionem, itemque leges, quibus commercium illud epiſtolicum inſtitui deberet, exponit; de Grammatica Luſitana *explicat. Ac primum oſtendit, quam neceſſaria ſit hominibus, qui ad aliquam excellentiam pervenire cupiunt, domeſticæ linguæ interior cognitio, quæ non quidem uſu & conſuetudine popularium, ſed Grammaticæ præceptis, ac meditatione comparari debet. Quod ipſum exemplo Græcorum & Romanorum conficit: tum etiam recentiorum, qui huic ſtudio ſe dederunt in cultiſſimis Europæ regionibus. Deinde exponit quo modo Grammatica hæc inſtitutio*

d'Antoine Balle, il ſe hâta de les donner au public, auquel il crut qu'elles pourroient être de quelque utilité, après cependant y avoir ſupprimé quelques articles, dans la crainte d'indiſpoſer ceux auxquels ils paroiſſoient avoir trait. L'éditeur, qui nous apprend tout cela dans ſa préface, dit encore avoir entre ſes mains quelques autres lettres qu'il donnera peut-être par la ſuite. Tout l'ouvrage conſiſte en ſeize lettres ; huit compoſent le premier volume, & huit le ſecond. Je vais faire connoître d'une maniere abrégée ce qu'elles contiennent.

I. Dans la premiere, l'auteur, après avoir expoſé le motif qui l'engage à écrire, & fixé les conditions auxquelles il ſe prête à ce commerce épiſtolaire, parle de la Grammaire Portugaiſe. Il montre d'abord combien il eſt néceſſaire pour tous ceux qui déſirent parvenir à une certaine perfection, d'avoir une connoiſſance approfondie de leur langue maternelle ; connoiſſance que ne donnent ni l'habitude de la parler, ni la fréquentation de ſes compatriotes, & qui ne peut s'acquérir que par l'application des préceptes de la Grammaire, & par une ſérieuſe méditation : ce qu'il prouve par l'exemple des

fieri debeat præſertim in ſcholis. Tum errores quoſdam, qui apud Luſitanos inveterarunt, enumerat, & confutat: ac Grammaticam Luſitanam P. Argote *de clericis regularibus ſancti Caietani, haud ita pridem editam, non nullis flagitiis inquinari demonſtrat, nec ad id, quod ſibi propoſuit auctor, eſſe accommodatam. Præterea de orthographia Luſitana plurimis verbis diſſerit: oſtendens, Luſitanos, qui ex domeſticorum orthographorum præſcripto non alio modo ſcribere deberent, quam loquuntur, plurima errata admiſiſſe, litteras addendo, quæ nullo modo pronunciari poſſunt: quod ille per ſingulas alphabeti litteras currendo efficit exemplorum copia, & contrarium uſum infirmat. Præterea de ratione ſecernendi vocabula, & periodos clare conformandi ſcite pertractat. Cumque ſibi perſuadeat Capuccinus, Luſitanam linguam arctis cancellis contineri, nec vocabulorum copia gaudere ad res ſingulas commode explicandas, docet & illud, qua ratione nova aliqua vocabula ex aliis Europæ linguis ſumi poſſunt, & ad Luſitani idiomatis analogiam accommodari, vel de novo fingi ad id ipſum explicandum. Tum de euphonia, ſeu de facili ac ſuavi appellandarum litterarum ratione ad-*

Grecs & des Romains, & par celui de ceux d'entre les modernes qui ſe ſont adonnés à cette étude dans les pays les plus policés de l'Europe. Il expoſe enſuite la maniere dont il faut procéder, ſur-tout dans les écoles, à l'enſeignement des principes grammaticaux. Il fait à ce ſujet l'énumération de pluſieurs erreurs qui ont pris racine chez les Portugais, prouve ce qu'elles ont de défectueux, & démontre en particulier que la Grammaire Portugaiſe du P. Argote, de l'ordre des clercs réguliers de S. Cajetan, quoiqu'aſſez nouvellement imprimée, n'eſt pas exempte de fautes, & qu'elle ne remplit point l'objet que ſon auteur s'eſt propoſé. Il dit incidemment beaucoup de choſes ſur l'ortographe Portugaiſe, & fait voir que les Portugais, bien loin de ſe conformer à la regle donnée par leurs auteurs, qui veulent que l'on écrive comme l'on parle, ont introduit dans leur maniere d'ortographier beaucoup de lettres qu'il eſt abſolument impoſſible de prononcer. Il en trouve des exemples relativement à toutes les lettres de l'alphabet, qu'il paſſe en revue pour en démontrer l'emploi vicieux dans les cas indiqués. Ce qu'il dit ſur le choix des mots, & ſur la clarté qui

dit nonnulla. In quibus ſingulis plurima Luſitanis ipſis doctioribus non animadverſa vir ſane eruditus per tractat. Deinde de ratione interpungendi vocabula, & periodos ſejungendi clariſſime diſſerit. Ad extremum ſummatim docet quot errata in Lexico Luſitano P. Bulteavii ſe offerant, quoque modo emendari poſſit, & ad meliorem ordinem reduci, ut uſui ſit iis, qui puram Luſitanorum linguam addiſcere cupiunt. Ita enim in eo omnia turbata ſunt, veteraque & obſoleta novis & uſitatis vocabulis admiſta, ut ægre tueatur Luſitani ſermonis caſtimoniam. Mitto ſuper vacanea multa, quæ in eo Lexico continentur: mitto ortographiam depravatam, & interdum ipſis Bulteavii principiis parum conſentaneam: mitto cetera, quæ omnino emendationem poſtulare videntur. Hæc prima.

doit regner dans l'arrangement des périodes, ne laiſſe rien à déſirer. Dans la perſuaſion où il eſt que la langue Portugaiſe ſe trouve reſſerrée dans des bornes étroites, & qu'elle manque d'un grand nombre de mots néceſſaires, il donne quelques inſtructions ſur la maniere dont il faut s'y prendre, ſoit pour naturaliſer, ſans violer les loix de l'analogie, des termes empruntés des autres langues de l'Europe, ſoit même pour en créer dans le cas d'une diſette générale. Il paſſe à l'*euphonie* ou à l'art qui doit regner dans l'emploi des différentes lettres, pour que la prononciation en ſoit douce & facile. Cet homme vraiment ſavant fait ſur toutes ces choſes nombre d'obſervations échappées aux Portugais même les plus inſtruits. Les regles qu'il faut obſerver dans la ponctuation & dans la ſéparation des différens membres de phraſe, viennent enſuite, & ſont expoſés avec la plus grande clarté. Cette lettre eſt enfin terminée par l'indication abrégée des fautes qui ſe trouvent dans le Dictionnaire Portugais du P. Bulteau, & par celle des moyens qu'il faut employer pour le corriger & pour lui donner une meilleure forme ; choſe indiſpenſable, ſi l'on veut

II. Venio ad ſecundam epiſtolam, quæ in Grammatica Latina *occupatur tota. Principio poſtquam longam, & moleſtam viam, qua Luſitani litteratores utuntur, ad imbuendos puellos Grammaticæ præceptionibus, exponit, doletque infelices pueros tot annos in ſcholis detineri non modo memoriter addiſcendis Alvari præceptis & ligata, & ſoluta oratione; ſed etiam domeſticorum doctorum longiſſimis expoſitionibus, quæ non pueri modo, ſed ne homines quidem hiſce litteris contriti ferre poſſint; ponit tamquam extra controverſiam,*

qu'il ſoit de quelque utilité pour ceux qui déſirent d'apprendre la langue Portugaiſe dans ſa pureté. Il regne en effet tant de confuſion dans ce Dictionnaire, les mots qui ont vieilli, & ceux qui ne ſont même plus d'aucun uſage, y ſont tellement entaſſés pêle-mêle avec les expreſſions nouvelles & uſitées, qu'il ne peut être regardé comme le vrai dépôt de la langue Portugaiſe; ſans parler de beaucoup de ſuperfluités qui s'y trouvent, de ſon ortographe vicieuſe & contradictoire aux propres principes du P. Bulteau, & de toutes les autres choſes qui en rendent la refonte néceſſaire. Tels ſont les objets dont il s'agit dans la premiere lettre.

II. La Grammaire Latine fait en entier le ſujet de la ſeconde lettre. L'auteur fait voir d'abord combien longue & combien rebutante eſt la route que tiennent les Profeſſeurs Portugais dans l'expoſition des préceptes de la Grammaire. Il plaint les enfans d'avoir à dévorer l'ennui de pluſieurs années employées à apprendre par cœur, tant en proſe qu'en vers, non-ſeulement les préceptes d'Alvarès, mais encore les propres commentaires de leurs maîtres; étude au dégoût de laquelle il eſt preſque im-

Grammaticam Latinam patrio ſermone declarari debere. Deinde rem à principio ducens, hiſtoriam Grammaticæ Latinæ præſertim à medio ſæculo XV. uſque in præſens enarrat: quidque in ea Auguſtinus Saturnius, *quid* Senior Scaliger, *quid* Franciſcus Sanctius, *quid* Voſſius, *quid* Scioppius, *quid* Lancelotus, *ceterique in ea mutarint, quantumque lumen præceptis adhibuerint falſas regulas tollendo, atque ad brevem numerum Syntaxis regulas revocando breviter, dilucideque exponit. Tum Grammaticam omnem in quatuor partes diſpertiens*, Etymologiam, Syntaxin, Ortographiam, & Proſodiam, *in ſingulis viam complanat, qua ad finem propoſitum nullo negotio, & quam minimo temporis diſpendio perveniri poſſit: idque ex* Sanctii & Scioppii *diſciplina: ubi & quid in Alvaro laudari, quid reprehendi debeat, ſine gratia, & ſimultate, uti Philoſophum decet, demonſtrat. In quo acerrimum ingenium Capuccinus præ ſe fert.*

poſſible que des enfans puiſſent réſiſter, puiſque les perſonnes mêmes les plus familiariſées avec ces matieres ont bien de la peine à s'en défendre. C'eſt de la langue maternelle qu'il faut ſe ſervir pour donner l'explication de la Grammaire Latine : la choſe, de la maniere dont il en parle, ne lui paroît ſouffrir aucune difficulté. Il prend enſuite ſon objet dans l'origine, & trace l'hiſtoire de la Grammaire Latine, ſurtout depuis le milieu du quinzieme ſiécle juſqu'à nous. Auguſtin Saturnius, le vieux Scaliger, François Sanctius, Voſſius, Scioppius & Lancelot y ont fait beaucoup de changemens; il rend à chacun d'eux ce qui lui eſt dû, & montre combien de clarté ces différens perſonnages ont répandu ſur cette matiere, en faiſant diſparoître de fauſſes régles, & en réduiſant celles de la Syntaxe à un petit nombre : &, lui-même, il s'explique avec beaucoup de clarté, quoique d'une façon conciſe. Après cette narration il partage toute la Grammaire en quatre parties, qui ſont l'Etymologie, la Syntaxe, l'Ortographe, & la Proſodie. La route qu'il faut ſuivre dans l'étude de chacune de ces parties eſt tracée, & l'on voit que cette route

III. Jam tertia epiſtola de Latina lingua *agit. Nam cum ex Quinctiliani teſtimonio Capuccinus admoneret*, aliud eſſe Grammatice, aliud Latine loqui, *totam hanc epiſtolam deſtinat tradendi præceptis, quibus purus & caſtus ſermo, & elegans, & ſuavis, & perſpicuus, & ſuis partibus apte colligatus, & numeris quibuſdam adſtrictus, æquabiliterque fluens comparari poſſit. Et, ut rem ordine ducat, primo ponit, eos qui bene Latine loquendi gloriam occupantur, in hoc eſſe totos debere, ut auctores, qui Auguſtæo ævo prius locuti ſunt, dies noctesque legant uſque donec politiſſimi ævi, & veræ eloquentiæ guſtum habeant. Quod ut facilius adſequantur, adoleſcentes ipſos monet, ut & meditate*

eſt la plus faite pour parvenir en peu de temps, & ſans beaucoup d'application, au but que l'on ſe propoſe. La méthode qu'il adopte eſt celle de Sanctius & de Scioppius, & il en prend occaſion de remarquer ce qu'il y a de bon & ce qu'il y a de défectueux dans celle d'Alvarès. Il ne regne ni flaterie ni envie dans la façon dont il s'explique, n'ayant d'autre ton que celui qui convient à un Philoſophe, & montrant partout un merveilleux diſcernement.

III. Il s'agit dans la troiſieme lettre de la langue Latine ; *Car*, ſelon la remarque de Quintilien, rapportée par notre Capucin, *autre choſe eſt de ſçavoir la Grammaire Latine, & autre choſe de parler Latin.* Il ne s'occupe donc ici qu'à donner des préceptes, au moyen deſquels on puiſſe, relativement à l'idiome Latin, acquérir de la pureté, de l'élégance, de la douceur, de la clarté dans l'expreſſion, la liaiſon convenable dans les différentes parties du diſcours, du nombre dans les périodes & de l'unité dans le ſtyle. Et pour procéder méthodiquement, le premier principe qu'il poſe eſt la néceſſité dont il eſt, pour ceux qui aſpirent à la gloire de bien parler la langue

libros legant, & auctorum delectum habeant, nec poetas cum oratoribus, & hiſtoricis miſceant. Quo in loco conſuetudinem Luſitanorum reprehendit, qui libros longe diſſimiles eodem tempore pueris interpretantur, aureos, argenteos, æneos, poetas, hiſtoricos; nec docent qua ætate ſcripſerint, quantumque utilitatis ex ſingulorum lectione capi poſſit. Tum puerorum memoriam tam differentibus ſtylis, tamque in condita eruditione fatigant, ut vix, aut nullo modo ab his ſe poſſint flagitiis liberare, & aliquid fundere purum ac emendatum: quod non nullis exemplis confirmat. Deinde & illud reprehendit, quod præceptores Luſitani auditores ſuos cogant Latina lingua, quam nondum callent, multa ſcribere, & edere. Quem ipſe errorem ſcite caſtigat: viamque tradit qua pueri in componenda Latina oratione cum pretio exerceri poſſint. Itemque ſubaccuſat eos, qui puellos fundere verſus ineptiſſime cogunt, eoſque, ut faciant, duriter excipiunt: contenditque, ad intelligentiam Latinæ linguæ valde ineptum eſſe verſus componere.

His

Latine, de lire les auteurs qui ont écrit avant le ſiécle d'Auguſte, & de ne diſcontiuer cette lecture que lorſqu'ils ſe ſentiront avoir puiſé ſuffiſamment, dans les écrits de ce ſiécle poli, le goût de la véritable éloquence. Un des plus ſûrs moyens d'y parvenir conſiſte à méditer ſur ſes lectures, à mettre du choix dans les auteurs, & à ne point lire indiſtinctement & dans le même temps les poëtes, les orateurs & les hiſtoriens. A cette occaſion notre auteur blâme la conduite des profeſſeurs Portugais, qui mettent tout à la fois ſous les yeux de leurs diſciples les ouvrages les moins reſſemblans, ſoit pour le ſtyle, ſoit pour les objets dont ils traitent. Auteurs de la baſſe, de la moyenne Latinité, & des beaux jours de la langue Latine; poëtes, hiſtoriens, ils leur mettent tout entre les mains; & ce qui eſt encore pis, ils ne les inſtruiſent ni du temps dans lequel ces auteurs ont écrit, ni de l'utilité particuliere que l'on peut retirer de la lecture de chacun d'eux. Que font-ils autre choſe par-là, ſi ce n'eſt de ſurcharger la mémoire de leurs diſciples de tant de ſtyles différens, & d'une érudition ſi mal digérée, qu'il eſt impoſſible qu'ils per-

His conſtitutis, declarat, ad recte intelligendos auctores, qui Latine ſcripſerunt, aliqua chronologiæ, geographiæ, mythologiæ atque Antiquitatis notitia tinctos eſſe debere tirones: quod non nullis locis Virgilii, Manilii, Plinii, Curtii, Flori, Lucani,

dent l'habitude de mauvais tours & de mauvaiſes locutions, ni qu'ils prennent jamais l'idée de ce qui s'appelle pureté & correction ? Notre Capucin rapporte là-deſſus quelques exemples. Il blâme encore la coutume des profeſſeurs Portugais, qui forcent leurs écoliers d'écrire & de compoſer en Latin, c'eſt-à-dire, dans une langue qu'ils ne ſavent point encore. Les raiſons qu'il donne contre ce procédé ſont ſolides, & l'on ne peut rien voir de plus judicieuſement imaginé que les moyens qu'il veut qu'on employe pour accoutumer avec ſuccès les enfans à s'exprimer en Latin. L'erreur de ceux qui exigent de leurs diſciples qu'ils faſſent des vers Latins, & qui les maltraitent s'ils n'en font pas, n'eſt pas moins groſſiere ſelon lui, & il ſoutient que cette compoſition de vers n'eſt propre en aucune maniere à leur donner l'intelligence de la langue dans laquelle ils les compoſent.

De ces obſervations, notre auteur paſſe à la néceſſité dont il eſt d'avoir, pour entendre parfaitement les auteurs Latins, quelque teinture de chronologie, de géographie, de mythologie, & de ce qui regarde l'antiquité; néceſſité

confirmat. Viam autem ad eas addiſcendas planam facilemque oſtendit. Auctoreſque nominat, quibus præceptores uti poſſint inſtituendis puellis : nempe Sophianum, Cluverium, Cellarium, P. Bertium, *pro antiqua geographia addiſcenda tironibus autem ſatis eſſe putat* Luitz & Ode, *qui epitomas Latine ſcripſerunt :* Dupleſſis & Buffier, *qui Gallice & Italice : itemque tabulas* Sanſonis & de l'Iſle. *Chronologia autem primum ex certis tabulis uti vocant, comparari debere dicit : profertque tabulas* Delphini, Lancelotti, *aliorumque, qui Uſſerium ſequuntur. Item* Muſantium, Caſſinium, *ceteros, qui Labbei rationes defendunt : quibus omnibus præfert* Lengletum du Freſnoy. *His addit epitomas* Petavii, Turſellini, Boſſuetii, Vallemontii : atque *ad hanc primam inſtitutionem nihil ultra opus eſſe contendit. Uſus & conſuetudines antiquorum Romanorum ex* Polybio, Dionyſio-Halicarnaſſenſi, Plutarcho, *itemque ex* Roſſino, & Cantelio : *ſed melius adhuc ex* Neuportio *ſatis cognoſci poſſe defendit : eum vero, qui plura cupit, remittit ad* Grævium. *Mythologiam ex* Sardio, Aubano, Van-dale, Barclaio, Pomeyo *deduci poſſe demonſtrat : itemque ex* Joveto, *aliiſque.*

qu'il prouve par quelques endroits de Virgile, de Manilius, de Pline, de Quinte-Curce, de Florus & de Lucain. La route qu'il trace pour acquérir ces connoiſſances, eſt facile; & il indique les auteurs que les maîtres doivent mettre entre les mains de leurs éléves. Ce ſont, pour la géographie ancienne, Sophianus, Cluvier, Cellarius & Berthius. Il regarde cependant, comme pouvant ſuffire pour les commençans, la lecture de Luitz & d'Ode, qui ont écrit des abrégés Latins; celle de Dupleſſis & de Buffier, qui ont écrit, l'un en Italien, l'autre en François; & l'uſage des cartes de Samſon & de de l'Iſle. Pour la chronologie, il veut que l'on ſe ſerve de tables, & il indique celles du Dauphin, de Lancelot & des autres auteurs qui ſuivent le ſyſtême d'Uſſerius, ainſi que celles de Muſantius, de Caſſini & des autres auteurs qui ſuivent le ſyſtême du P. Labbe. Il paroît cependant préférer à toutes les autres les tables de l'abbé Lenglet du Freſnoy. Il recommande encore la lecture des abrégés de Petau, de Turſellin, de Boſſuet, de Vallemont, & regarde ces différentes ſources, comme aſſez abondantes pour qu'on puiſſe y puiſer toutes les connoiſſances

Quibus breviter expoſitis, docet, qua ratione Latina lingua facilè poſſit addiſci. Ac primùm ex comicis petendam eſſe ait, veluti Plauto; *ſed præſertim ex* Terentio, *hoc nomine, quod res domeſticas, idque uſitato & quotidiano ſermone, mirificè exponunt: quod tironum ingenia mirabiliter adficere ſolet. His addi poſſe* Phædrum *putat ob facilitatem, tametſi munditia & elegantia longè infrà Terentium jaceat. Tum epiſtolas* Ciceronis *ad diverſos, ſed præſertim ad* Terentiam *uxorem*, & Tironem, *quibus ille negat fieri quidquam poſſe dulcius. Poſt hos*, Ceſar & Nepos *itemque* Paterculus. *Quo cum venerint, tun*

préliminaires dont on a beſoin. Quant aux uſages & aux coutumes des anciens Romains, c'eſt dans Polybe, Denys d'Halicarnaſſe & Plutarque, ainſi que dans Roſſin & Cantelius, qu'il faut s'en inſtruire. Il croit cependant que l'on peut encore mieux apprendre tout ce qu'il en faut ſavoir, dans Nieuport, renvoyant ceux qui voudront avoir une connoiſſance plus parfaite de l'antiquité à la collection de Grevius. Ceux qu'il indique pour la mythologie, ſont Sardius, Aubanus, Vandale, Barclai, Pomey, Jovetus & quelques autres.

Après cette courte expoſition, il donne la maniere d'apprendre facilement la langue Latine. Les auteurs comiques, Plaute, & ſur-tout Térence, doivent être lus les premiers. La raiſon qu'il en apporte, eſt convaincante. Ces Auteurs, dit-il, traitent de choſes qui ſe paſſent dans le commerce de la vie, & cela dans un ſtyle familier, & dont l'uſage devient journalier : on ſent que rien n'eſt plus fait pour captiver l'attention des enfans, que ces objets qui ſont à leur portée. A la lecture des comiques, peut être jointe celle de Phédre, dont l'intelligence eſt facile, quoiqu'il s'en faille de beaucoup

de ſcribendâ oratione Latinâ cogitandum eſt. Sed non niſi facilia argumenta, & brevia, & planè domeſtica primò proponenda ſunt, veluti epiſtola aliqua, quæ nullo labore cogitari, & ſcribi poteſt. Ubi multa ſcitè ac prudenter monet Capuccinus. Deindè ad Hiſtoricos veniendum, Livium, Salluſtium, Curtium: *quo quidem tempore orationes aliquæ Ciceronis explanari poſſunt, ut illæ ſunt pro* Archia, *pro* Lege Manilia, *pro* Marcello, *in* Catilinam *non nullæ. Hæc tamen non uno ſpiritu legenda eſſe ait, ſed interruptè, ne puerorum ingenia tanta mole doctrinarum obruantur. Tum monet præceptores, ut illuſtriora loca ſeligant, eaque clariſſimè exponant: jubeantque ut tirones interpretationem ſuam non memoriter recitent, ſed litteris conſignent, quo facilius & ſenſa ſua corrigant, & ex Latinis bonis bona Luſitana faciant: & ſic ſenſim pedetentimque bonæ interpretationis leges ediſcant. Hoc autem tempore myſteria omnia exquiſitæ Latinitatis pandi debent tironibus: nec modò caſtitas, ſed elegantia, & nexus, & collocatio, & numerus, & copia, & varietas declarari debent à præceptore docto, quique munus ſuum cum dignitate obire cupit. Hæc aliaque de diverſis auctorum editionibus*

que cet écrivain n'ait l'élégance & le poli de Térence. Il faut lire enſuite les épîtres de Ciceron, ſur-tout celles que cet orateur a écrites à ſa femme Térentia & à Tiron ſon affranchi : il n'eſt pas poſſible de rien trouver où il régne plus de douceur. Céſar, Cornelius-Nepos & Paterculus, viendront après. Quand ces auteurs ſeront bien connus, on peut alors ſonger à compoſer quelque choſe dans leur Langue : mais il ne faut d'abord exercer les enfans que ſur des ſujets faciles, courts, & dont l'objet leur ſoit familier : telle eſt la compoſition d'une lettre, dont la ſubſtance peut être écrite & imaginée ſans un grand effort d'attention. Les avis que donne là-deſſus notre Capucin, ſont pleins de ſageſſe, & laiſſent voir un homme éclairé. On paſſera enſuite à la lecture des hiſtoriens, de Tite-Live, de Salluſte, de Quinte-Curce, & l'on y pourra joindre l'explication de quelques diſcours de Ciceron ; de ceux, par exemple, qu'il a prononcés pour le poëte Archias, pour Marcellus, en faveur de la loi Manilia, & contre Catilina. Toutes ces choſes ne doivent pas être lues de ſuite, &, pour ainſi dire, d'une ſeule haleine ; il ſeroit à

Capuccinus breviter diſtinctæque perſequitur.

craindre que l'eſprit des enfans ne fût ſurchargé de tant d'objets d'étude différens ; & il faudra, au moyen d'intervalles, donner le temps aux différentes connoiſſances de s'arranger dans leur mémoire. Sur quoi il avertit les profeſſeurs de choiſir les endroits les plus remarquables, de les expliquer avec la plus grande clarté, & de ne point ſe contenter de faire répéter de vive voix à leurs diſciples l'explication qu'ils auront donnée, mais de les aſtreindre à la rapporter par écrit, afin qu'ils puiſſent prendre d'eux-mêmes le véritable ſens, s'accoutumer à écrire purement dans leur langue ce qui eſt purement écrit en Latin, & acquérir ainſi inſenſiblement, & par dégrés, la connoiſſance des qualités que doit néceſſairement avoir une bonne traduction. Il ſera temps alors d'initier les éléves dans tous les myſteres de la langue Latine, & de leur donner une idée nette des différentes choſes dont le concours eſt néceſſaire, pour que cet idiome ſe trouve parlé dans ſa perfection. Un maître qui poſſéde ſa matiere, & qui eſt jaloux de remplir d'une maniere convenable l'emploi qui lui eſt confié, ne doit pas ſeulement leur faire remarquer quel terme eſt plus pur

Ne tamen cuipiam moroſo videretur poetarum lectione tironibus interdicere, quamquam ad emendatè politèque ſcribendum neceſſarium eſſe non putat, tamen viam tradit, qua poſt Latinæ linguæ notitiam, eorum lectioni ſe dare poſſint poeſeos ſtudioſi. Primo itaque legendos eſſe ait Ovidi libros Metamorphoſeon, *&* Faſtorum, *qui Mythologiam exponant. Deindè ejuſdem* Epiſtolas, *quas ipſe cæteris ejuſdem ſcriptis anteponendas eſſe cenſet. Tum* Virgilium *&* Horatium *præſertim in* Odis: *quibus addi poteſt* Faliſcus, *&* Olympius, *&* Nemeſianus: *ac demùm* Statius, *&* Lucanus. *His ferè continetur quidquid in Antiquitate excellit laude Poeſeos. Qui verò*

qu'un autre ; il doit encore leur montrer en quoi conſiſte l'élégance ; quelles conjonctions lient les phraſes, de la maniere la plus analogue au génie de la Langue ; dans quel ordre les mots veulent être placés ; ce qui donne du nombre aux différens membres du diſcours, & enfin ce qui en conſtitue l'abondance & la variété. Notre Capucin fait encore quelques obſervations, d'une maniere courte, mais préciſe, ſur les modifications avec leſquelles il faut donner aux commençans la connoiſſance des différens auteurs.

Dans la crainte que quelque cenſeur de mauvaiſe humeur ne lui ſût mauvais gré d'interdire aux étudians la lecture des poëtes, il indique la conduite que ceux qui aiment la poéſie doivent tenir dans cette lecture, lorſqu'ils auront une parfaite connoiſſance de la langue Latine ; mais il répete encore, à ce ſujet, qu'il ne regarde nullement les poëtes, comme propres à donner la politeſſe & la correction du ſtyle. Les Métamorphoſes d'Ovide, & ſes livres des Faſtes, ſont les premiers ouvrages qu'il faut lire, à cauſe des inſtructions mythologiques qu'ils renferment. On lira enſuite ſes épîtres, auxquelles notre auteur donne la préférence

amoribus delectantur, habent Artem amandi, Catullum, Tibullum, Propertium, *quibus nihil mollius, delicatiuſque fingi & cogitari poteſt : tametſi pueris inſtituendis inopportuni videantur. Qui verò aliquid didaſcalicum cognoſcere cupiunt, legant* Lucretium, & Manilium, *quibus in hac parte nulli melius ſcripſerunt.*

Quo verò perfectiori Latinæ linguæ notitia imbuantur tirones, iis hoc loco diſtinctè refert, ex quibus auctoribus interiorem cognitionem comparare queant. Itaque primum Lexicorum conditores inſigniores nominat : deindè eos, qui de ætatibus, ac differentiis verborum, de vitiis ſermonis, de particulis linguæ Latinæ accuratiùs diſputarunt. Tum Phraſeologias *omnes arcendas eſſe monet : tantum* Manutium, & Paræum *prudentioribus, & qui aliquem progreſſum habent, concedit. Ad extremum de modo excolendi*

ſur tout le reſte. De-là l'on paſſera à la lecture de Virgile, d'Horace, & ſur-tout de ſes odes, de Faliſcus, de Nemeſianus, & l'on finira par celle de Stace & de Lucain. Voilà ce que l'antiquité offre de meilleur en fait de poéſie. Pour ceux qui prennent plaiſir aux écrits amoureux, ils pourront lire l'Art d'aimer, Catulle, Tibulle & Properce. On chercheroit vainement ailleurs plus de douceur & plus de délicateſſe, ſoit dans les penſées, ſoit dans l'expreſſion : ces écrits ne paroiſſent cependant point faits pour être mis entre les mains des enfans. Quant au genre didactique, Lucréce & Manilius offrent ce qu'il y a de mieux écrit dans leur Langue.

Notre Capucin indique ici les auteurs dont on peut faire uſage pour acquérir une connoiſſance plus approfondie de la langue Latine. Il nomme d'abord les Dictionnaires les plus renommés, & enſuite les écrivains qui ont traité de l'âge dans lequel les mots étoient en uſage, de leurs différences; des défauts du diſcours, & des particules propres à la langue Latine. Il conſeille d'écarter des mains des commençans tous les livres qui offrent des recueils de phraſes toutes faites; & il

memoriam, & præcepta ad uſum revocandi, Latineque in ſcholis loquendi, breviter doctèque pertractat: atque inter vias Luſitanorum quorumdam errata modeſtè caſtigat. Et his tertia epiſtola continetur.

IIII. Quarta epiſtola ad extollendum ſtudium linguæ Græcæ, & Hebraïcæ *conſcripta eſſe videtur. Ac primo de hoc conqueritur cum amico ſuo Capuccinus, tantam hac ætate occurrere ignorantiam linguæ Græcæ apud Luſitanos, ut etiam in univerſitatibus ſtudiorum, qui huic linguæ docendæ deſignati ſunt, vix in grammaticæ regulis balbutire ſciant: diſcipulos non habeant: immò verò riſui & ludibrio pateant, qui vel ſcholam ingredi conentur. Linguæ verò Hebraïcæ ne doctorem quidem habeant, quod in hac ſunt hæreſi, prædictarum linguarum notitiam nulli uſui eſſe, nec ex iis aliquid utilitatis cupi poſſe. Quod prejudicium quam ſit ineptum, quamque bonis ſtudiis perniciosſum, oſtendit Capuccinus, argumentis graviſſimis demonſtrans, utriuſque*

n'en excepte que Manuce & Paré ; encore n'en permet-il l'uſage qu'à ceux dont le jugement eſt formé, & qui ont déjà fait quelques progrès. Tels ſont les objets de cette troiſieme lettre, qu'il termine par quelques réflexions courtes, mais ſavantes, ſur la maniere de cultiver la mémoire, de réduire en uſage les préceptes, & de parler Latin dans les Claſſes, relevant ſur ſon chemin avec modération quelques erreurs dans leſquelles ſont les Portugais.

IV. Il paroît avoir en vûe, dans ſa quatrieme lettre, de prouver de quelle importance eſt l'étude des langues Grecque & Hébraïque. S'il faut en croire les plaintes qu'il fait à ſon ami, les Portugais ſont maintenant dans une telle ignorance de la langue Grecque, que ceux mêmes d'entr'eux, qui ſont chargés de l'enſeigner dans les univerſités, en connoiſſent à peine les premiers rudimens ; ils n'ont perſonne à qui l'enſeigner ; & l'on s'expoſe à devenir un ſujet de moquerie & de riſée, en mettant le pied dans leurs Claſſes. Pour ce qui eſt de la langue Hébraïque, on en chercheroit vainement chez eux un Profeſſeur ; ce qui vient de la fauſſe perſuaſion dans laquelle ils ſont, qu'il n'y a aucune utilité à retirer de ces deux lan-

que linguæ notitiam non modò neceſſariam eſſe ad intelligendos ſacrorum librorum fontes, & patres, & concilia, & hiſtoricos, ſed etiam ad refutandos judæos, & hæreticos, qui ex his locis argumenta promunt ad errores ſuos muniendos. Nec id ſolum, ſed etiam linguæ Græcæ ſtudium omninò eſſe accommodatum, ne dicam prorsùs neceſſarium, juris utriuſque anteceſſoribus ad diſciplinam eccleſiaſticam, & leges aliquas penitùs cognoſcendas interpretendaſque: tum medicis ad intelligendos medicinæ coryphæos, Hippocratem Areteum, Galenum, ceteroſque: tùm etiam ad facilius percipienda vocabula quibus anatomes diſciplina fluit. Addo & illud, iis etiam, qui in Latina lingua ad aliquam doctrinæ præſtantiam pervenire cupiunt: putat enim interiorem & reconditam Latinæ linguæ notitiam ſine notitiâ Græcæ adſequi non poſſe.

gues, & qu'elles ne ſont bonnes à rien. Notre Capucin démontre, par les raiſons les plus fortes, le peu de fondement de ce préjugé, & combien il eſt dommageable pour les ſciences. Il prouve, entr'autres choſes, que, ſans la connoiſſance de ces deux langues, on ne peut connoître les livres ſacrés dans leurs ſources, ni avoir l'intelligence des SS. peres, des conciles & des hiſtoriens ; en quoi l'on ſe prive des moyens les plus propres à réfuter les juifs & les hérétiques, qui tirent, de ces différens ouvrages, les autorités, à l'ombre deſquelles ils élevent leurs erreurs. Quant à la langue Grecque, en particulier, elle eſt très-utile, pour ne pas dire néceſſaire, aux Juriſconſultes, ſoit pour la connoiſſance de la diſcipline eccléſiaſtique, ſoit pour s'aſſurer de l'eſprit & du véritable ſens de quelques loix. Les médecins ne ſont pas moins tenus de la ſavoir. Comment, s'ils ignorent cette langue, pourront-ils entendre Hippocrate, Aretæus, Galien, & les autres auteurs, qu'on doit regarder comme les peres de la médecine. Comment pourront-ils ſe vanter de ſavoir l'anatomie, dont tous les termes ſont empruntés de cette langue, ſi, faute de connoître l'étymo-

Deinde de lingua Græca *addiſcendæ breviſſime præcipit. Ac primùm monet, ſatis eſſe tironibus initio nominum, & verborum declinationes & conjugationes nude ediſcere, quin ſe immiſceant dialectis & anomaliæ, quæ in aliud tempus reſervari poſſunt. Deinde reliquæ grammaticæ partes breviter luſtrandæ ſunt quo facilius tempore ſuo relegi poſſint; &, quid neceſſarium ſit inter legendum, notari: quod puero grammatica Latina jam tincto moleſtum non erit, præſertim ſi à præceptore & docto & diligenti ſit inſtitutus. Deindè Auctorem aliquem legere neceſſe eſt, qui conjunctam habeat verſionem Latinam, vel vernaculam: in eoque legendo conſiderare, an vocabulum* radix *ſit, an aliter, quod item Lexici beneficio cognoſcet. In his autem non niſi duos menſes inſumi opportere cenſet.*

logie, ils ſont dans une ignorance parfaite de l'eſpéce de définition de l'objet, qui eſt renfermée dans le mot qui l'énonce, relativement à ſa forme, à ſa ſituation ou à ſon uſage? Ceux même qui aſpirent à ſavoir parfaitement la langue Latine, doivent étudier la langue Grecque; car notre Capucin prétend qu'un grand nombre de ſes ſecrets ſont contenus dans cette derniere.

Il indique enſuite briévement la conduite qu'il faut tenir pour apprendre le Grec. Les commençans doivent ſe contenter d'apprendre à décliner & à conjuguer les noms & les verbes réguliers; la connoiſſance des différens dialectes & des anomaux, devant être renvoyée à un autre temps. Ils parcourront enſuite les autres parties de la grammaire, en vûe ſimplement de ſe trouver moins arrêtés, lorſqu'ils en feront une étude particuliere; ils auront ſur-tout l'attention de remarquer, dans le cours de cette lecture, tout ce qui leur paroîtra néceſſaire; opération qui n'aura rien de difficile pour un écolier déjà inſtruit de la grammaire Latine, s'il eſt conduit ſur-tout par un Maître habile & attentif. Il faudra tout de ſuite lire quelque Auteur, dont le texte ſoit

Deindè ad aliorum interpretationem veniendum eſt, quorum, qui ſoluta oratione ſcribunt, poetis anteponendi ſunt. Duplicem autem methodum proponit ad legendos auctores. Nam aliqui hunc ordinem ſervandum eſſe cenſent : ut primo legatur Polyenus, & Lucianus, & Characteres Theophraſti. *Tùm* Xenophon, & Herodotus, *ut Atticæ urbanitatis notitia comparetur. Ad hæc* Thucydides, Iſocrates, Demoſthenes, Plato. *Quibus intelligendis addi par eſſe putat* Ubbonem, Emium, *vel* Meurſium, *quo Antiquitatum Græcarum planior notitia habeatur. Alii è contrario cenſent, incipiendum eſſe ex* Evangelio Lucæ, *tùm legendos* Actus Apoſtolorum, Lucianum, Herodotum Xenophontem, Iſocratem, *poſtremo* Homerum, Plutarchum, & Demoſthenem. *Utramque dicendi viam laudat Capuccinus : ſed primam præfert, monens & illud, ut clariora loca hiſce initiis eligantur, obſcuriora omittantur.*

accompagné d'une verſion Latine, ou en langue vulgaire ; &, dans cette lecture, il faudra remarquer, ſur chaque mot, s'il eſt une racine, ou s'il n'en eſt point une: on pourra s'en aſſurer à l'aide d'un Lexicon. Tout cela, ſelon notre Capucin, doit être l'affaire de deux mois. On paſſera enſuite à la traduction d'autres auteurs, parmi leſquels on doit donner la préférence, ſur les poëtes, à ceux qui ont écrit en proſe. Quant à l'ordre dans lequel doivent venir les écrivains Grecs, relativement à un plan de lecture méthodique, les opinions ſont partagées ; & notre auteur en fait auſſi une double diſtribution. Les uns veulent qu'on liſe d'abord Polyen, Lucien & les caractères de Théophraſte, enſuite Xénophon & Hérodote, pour connoître l'urbanité attique: après quoi l'on finira par Thucydide, Iſocrate, Démoſthene & Platon. D'autres penſent, au contraire, qu'il faut commencer par lire l'Evangile de S. Luc, les Actes des Apôtres, Lucien, Hérodote, Xénophon, Iſocrate, & finir par la lecture d'Homére, de Plutarque & de Démoſthene. Quelle que ſoit la route que l'on tienne, comme la connoiſſance des antiquités des Grecs eſt néceſſaire pour

Quod ſi qui in poetarum lectione non nihil temporis inſumere cupiunt, admonendi ſunt, qui illi ſint, quibuſque virtutibus excellant præter ceteros. Ariſtophanes *certè ceteris eſſet præferendus, niſi tam eſſet obſcœnus Poſt hunc* Homerus & Heſiodus *faciliores in Heroicis videntur, Sed Homerum præcedere debet* Everhardus, Teithius, Antiquitates Homericæ, *qui illorum temporum hiſtoriam omnem doctiſſime enarrat. Hos ſequantur* Moſchus, Bion, Theocritus, *poetæ Bucolici, qui Dorica dialecto utuntur; iique ope Lexici Schreveliani interpretari facilè poſſunt. His jungi debent Tragici*, Euripides, & Sophocles. *In quibus legendis non modò conſiderandum eſt, quam bene ſcribant, ſed quam ad artis Poeticæ regulas accommodatè. Sed hæc non niſi iis, qui aliquos progreſſus habent, declarari poſſunt. Monet autem hoc loco Capuccinus, ut caveant præceptores conſcri-*

la parfaite intelligence des auteurs, il faudra lire en même-temps Ubbo, Emmius & Meurſius. Notre Capucin approuve l'une & l'autre diſtribution; il préfére cependant la premiere, & il avertit ſurtout de choiſir, dans les commencemens, les paſſages les plus clairs, & de paſſer ceux qui ſont trop obſcurs.

Il ne faut pas manquer d'inſtruire ceux qui voudroient lire les poëtes, du jugement qu'il en faut porter, & des qualités par où chacun d'eux eſt préférable aux autres. Ariſtophane l'emporteroit ſans contredit ſur tous, s'il étoit moins obſcéne. Après lui, Homére & Héſiode paroiſſent être de l'intelligence la plus facile parmi les poëtes héroïques; mais on doit faire précéder la lecture d'Homére par celle des Antiquités Homériques d'Everard Feithius, où ſe trouve tout ce qui a rapport à l'hiſtoire des temps, où ce poëte place ſes héros. Après Homére & Héſiode, viendront les poëtes bucoliques, Moſchus, Bion & Théocrite: ils ſe ſont ſervis du dialecte Dorique; mais, à l'aide du Lexicon de Schrevelius, on peut facilement les entendre. La lecture d'Euripide & de Sophocle peut marcher en même-temps. On doit, dans cette der-

bendis longis orationibus, nec obtundant puellos rebus non adeò neceſſariis: ſed tempus in rectè interpretandis auctoribus totum conſumant, quod unicè eſt neceſſarium.

Poſt hæc de Grammaticis inſtitutionibus diſputat: quarum paucas probat, ſi excipias Anteſignani *Clenardum. Inter cæteros præfert tradendi viam* Lanceloti, *ſeù* Portus-regii, *& multo magis adhuc amici ſui ſcripta, qui paucis pagellis mirifica brevitate, & facilitate grammaticam complexus eſt & Græcam, & Hebraicam: ſed edita nondum eſt. Ex Lexicis verò laudat* Scapulam, *quod plura doceat uno ictu oculi, magno tironum commodo.*

niere, s'attacher beaucoup moins à l'élégance du ſtyle, qu'à remarquer l'obſervance plus ou moins grande des régles de la poëtique; mais cette étude particuliere ne regarde que ceux qui ont déjà fait quelque progrès. Il ſeroit abſolument déplacé d'occuper de ces objets les commençans ; &, à cette occaſion, notre Capucin avertit les profeſſeurs, de ne point ſe permettre de longs commentaires, & de n'employer le temps qu'à expliquer clairement les auteurs, dont l'intelligence eſt l'objet principal.

Il paſſe de-là à l'examen des Grammaires. Toutes, ſelon lui, ſont défectueuſes, ſi l'on en excepte celle de Clenard. La préférence doit être donnée à la méthode de Lancelot ou de Port-royal; mais il met encore au-deſſus celle d'un de ſes amis, qui n'a point encore paru, dans laquelle, en très-peu de pages, tous les principes des langues Grecque & Hébraïque ſe trouvent raſſemblés, de maniere à être conçus avec la plus grande facilité. De tous les Dictionnaires, celui de Scapula lui paroît le plus utile, par rapport au grand nombre de choſes qu'on y trouve à chaque article, ce qui eſt fort commode pour les commençans.

Extremum eſt de linguâ Hebraica, *de quâ antequam præcipiat, enarrat quo tempore, quâque de cauſſâ puncta vocalia inventa fuere, & ad nos uſque pervenerint. Deindè declarat, tironem, qui compendiaria via intelligentiam Hebrææ linguæ nanſciſci vult, rebus non adeò neceſſariis detinendum non eſſe. Itaque primò cognoſcat oportet litteras, rationemque eas conjungendi. Deindè miſſas facere innumeras regulas de mutatione punctorum, & de accentibus, quæ ad ſcribendum non nihil, ad legendum verò neceſſaria non ſunt. Hinc nominum declinationes adiſcendæ ſunt, eorumque proprietates. Tùm conjugationes verborum, etiam* quieſcentium, & defectivorum. *Anomaliæ in aliud tempus commodius differuntur. Hæc de analogiâ: nam ſyntaxis, quod parum, aut nihil diſputationis habet, ſemihoræ ſpatio addiſci poteſt.*

Hinc legenda ſunt Biblia Pagnini, *à*

Il vient enfin à la langue Hébraïque ; &, avant d'en rien dire de particulier, il parle des points des Maſſorets, du temps où ils ont paru, de la maniere dont ils ſont parvenus juſqu'à nous, & du motif qui a préſidé à leur invention. Il avertit enſuite tous ceux qui veulent acquérir en peu de temps l'intelligence de la langue Hébraïque, de ne point s'arrêter à ce qui n'eſt pas abſolument néceſſaire. Qu'ils apprennent d'abord ſimplement à connoître leurs lettres, & la maniere de les aſſembler, ſans ſe ſurcharger la mémoire d'une infinité de régles ſur le changement des points & ſur les accens ; connoiſſances qui ne ſervent preſque point pour écrire, & qui ne ſont d'aucune utilité pour la lecture. On apprendra enſuite les déclinaiſons & leurs propriétés, ainſi que les conjugaiſons des verbes, même de ceux appellés verbes de repos & verbes défectifs, *verba quieſcentia & verba defectiva.* La connoiſſance des anomaux doit être renvoyée à un autre temps. Voilà quant à l'analogie ; car, pour la ſyntaxe, elle eſt d'un objet ſi peu étendu, que ſes régles peuvent être appriſes en une demie heure.

Il faut lire enſuite la Bible de Pagnin,

Montano *emendata, quod adnotationes ad marginem habeant tironibus* 1 *aldè ac-commodatas. Nam radices, aliaque profert hæc editio, quæ contextui plurimùm lucis adhibent. Eaque accuratè exponenda eſt ope Lexici Hebraico-Chaldaici* Buxtorfii. *Atque inter legendum idiotiſmi, variique modi loquendi hujus linguæ proprii animadverti poſſunt. Libri autem, qui primùm legi debent, ſunt* Hiſtorici, *ut Pentateuchus, & Judices, & Reges, & Paralipomenon, nam* Prophetici, *ac* Sapientiales *difficiliorem intellectum habent.*

Sed aliqua preparatio eſt neceſſaria, ut hi libri minori negotio intelligantur. Itaque monet legendum eſſe Fleurii librum, qui inſcribitur Mores Iſraëlitarum : *vel ampliorem alium, ut Bertramum de* Politiâ Judaicâ, *Sigonium, vel Cuneum de* Republicâ Hebræorum. *Quod ſi diligentius fecerint tirones, & ſingulis diebus verſiculos aliquos Bibliorum explanaverint, atque in rebus dubiis & obſcuris* Concordantias Græcas LXX. *Conradi Kircheri con-*

corrigée par Montan. Les notes que l'on y voit en marge, ſont fort utiles pour les commençans, les racines y ſont indiquées, & l'on y trouve beaucoup d'autres choſes qui ne ſervent pas peu à éclaircir le texte, à la parfaite intelligence duquel il faut s'efforcer de parvenir, à l'aide du Dictionnaire Hébraïco-Chaldaïque de Buxtorfius. Il ſera à propos de remarquer les Hébraïciſmes & les manieres de s'exprimer, particulieres à la langue ſacrée. Quant aux livres de la Bible, qui doivent être lus les premiers, ce ſont les livres hiſtoriques, tels que le Pentateuque, les livres des Juges, ceux des Rois, & les Paralipomenes; car, pour les livres Prophétiques & Sapientiaux, l'intelligence en eſt plus difficile.

La lecture des livres hiſtoriques même demande des connoiſſances préliminaires qui mettent à portée de ſaiſir le véritable ſens. Auſſi notre Capucin conſeille-t-il de lire l'ouvrage de Fleury, intitulé *Mœurs des Iſraëlites*, ou quelqu'autre plus étendu, tel que le *Gouvernement Hébraïque* de Bertramus, ou la *République des Hébreux* de Cunéus. Si les commençans obſervent ces préceptes, & expliquent chaque jour quelques verſets de la Bible, recourant,

ſuluerint, ſenſim ſine ſenſu ad interiora Hebraiſmi pervenient: quod item de Græcâ linguâ monitum vult. Hæc tirones, nam viri provecti, & qui ad res ſacras interpretandas animum appulerunt, majus aliquid & difficilius ſibi proponere debent, & efficere.

Sed antequam finiat, hortatur Luſitanos doctores, ut toto animo in has diſciplinas incumbant, exemplo Oleaſtri, Hectoris Pincti, Luizii, Macedonis, Vazii, Ferdinandi Soareſii, Ozorii, Conimbricenſium, aliorumque Luſitanorum, qui ſextodecimo ſæculo harum linguarum peritia nobiles habiti ſunt: quique & in exteris regnis diſciplinas ſummo cum plauſu tradiderunt, & eumdem guſtum in Luſitaniam importarunt, quod neſcio quo fato maturum habuit interitum. Nec id ſolùm, ſed etiam adoleſcentes hortatur, ut Gallicæ, & Italicæ linguæ notitiam comparent, ut non modò ſcriptores, qui ex Græco, & Latinò plurima peritè verterunt, legere poſſint, ſed eiiam opera, quæ nullo exemplo, his duabus linguis à viris doctrina præſtantibus conſcripta ſunt,

dans les endroits douteux ou obſcurs, aux concordances Grecques des Septante de Conrad Kircher, ils acquerront inſenſiblement une connoiſſance de la langue Hébraïque. On en peut dire autant de la langue Grecque. Au reſte, tout ceci n'eſt que pour les commençans ; car, pour les hommes faits, qui s'appliquent à l'interprétation des livres ſacrés, c'eſt un objet plus grand & plus difficile qu'ils doivent & ſe propoſer & remplir.

Notre Capucin exhorte, avant que de finir, les docteurs Portugais, à s'appliquer à cet objet d'étude, à l'exemple d'Oleaſter, d'Hector Pinctius, de Luitz, de Naudon, de Varius, de Ferdinand Soarez, d'Ozorius, tous ſortis de la ville de Coimbre, & à l'imitation de tant d'autres de leurs compatriotes qui, dans le ſeizieme ſiécle, ſe ſont rendus célébres par la connoiſſance des langues, au point de les enſeigner avec applaudiſſement dans les pays étrangers. Ils en avoient fait naître le goût dans leur patrie ; mais une eſpéce de fatalité l'a empêché de s'y ſoutenir. Il exhorte encore les jeunes gens à l'étude des langues Françoiſe & Italienne. Indépendamment d'un grand nombre de traductions bien faites d'ouvrages Grecs & Latins,

ſunt, & quorum nullæ extant verſiones Latinæ, pervolvere queant, ut & bonarum litterarum notitiam habeant, & graviores penitùs cognoſcant exiguo ſano labore.

V. In quintâ epiſtolâ de naturâ & uſu Rhetoricæ artis accuratiſſime diſſerit. Principio itaque exponit quid ſit rhetorica, quo modo & loco ecceperit, quâve ratione propagata fuerit. Deindè demonſtrat, quam malè à Luſitanis doctoribus tradatur: nam & Latinè eam pueris exponunt, & tot eas præjudicatis ſententiis, ac ineptiſſimis opinionibus imbuunt, ut non præceptorem rhetoricæ, ſed ineptiſſimum nugatorem, & loquaculum elapſi ſæculi audire credatis. Sententiis enim in verò ſimilibus, verbis inſolentibus, aut inverecundè tranſlatis; ſimiliter incipientibus & cadentibus, & hujus generis ineptiis eloquentiæ ambitum definiunt: quo quid ineptiùs excogitari poteſt? Quod ut meridianâ luce clariùs oſtendat, varium orationum ſacrarum genus examinat Capuccinus, atque adductis oratorum, qui apud

on trouve encore, écrits dans ces deux langues, quantité d'ouvrages originaux qui n'ont point encore été traduits dans la langue ſavante. C'eſt une double ſource, dans laquelle il eſt utile pour les jeunes gens de ſe mettre à portée de puiſer ; ils étendront par-là leurs connoiſſances littéraires ; & le chemin des ſciences les plus épineuſes ſe trouvera applani pour eux.

V. Dans ſa cinquieme lettre, il s'explique en termes très-ſoignés ſur la nature & ſur l'uſage de la rhétorique. Il expoſe d'abord en quoi conſiſte la rhétorique, & les circonſtances auxquelles elle doit ſon origine ; il parle du lieu où elle a pris naiſſance, & des moyens par leſquels cet art s'eſt étendu, & démontre enſuite tout ce qu'il y a de défectueux dans la maniere dont les Portugais l'enſeignent. C'eſt en Latin qu'ils en expliquent les préceptes aux enfans ; & il régne dans leurs leçons un ſi grand nombre de préjugés & d'opinions ridicules, que l'on croit moins entendre diſcourir un profeſſeur d'éloquence, que bavarder un diſeur de riens du ſiécle paſſé. C'eſt dans des penſées deſtituées de toute vraiſemblance, dans des expreſſions inuſitées, dans des métapho-

eos in pretio ſunt, locis nonnullis, quam in ſingulis ineptiant, planum facit. Tùm demùm oſtendit, eos inventionis, diſpoſitionis, & locutionis *rhetoricæ regulas omninò ignorare. Quod exemplorum copia eruditè demonſtrat.*

VI. Deindè in altera epiſtola, quæ ſexta ordine eſt, verum rhetoricæ artis uſum *exponit. Ac primò ponit tamquàm viris doctis exploratum,* Candidatum rhetorices Pomeii, & Ariadne rhetorum Juglaris, *& ejus generis libellos quibus Luſitani præceptores admodùm delectantur, ad imbuendos pueros veris rhetoricæ præceptionibus accommodatos non eſſe: nihil enim commodè, aut ferè nihil tradunt. Deindè & illud quaſi minimè dubium proponit, rhetoricam artem Luſitano ſermone tradi oportere. Quibus conſtitutis, rem ipſam preſſè aggrediens, docet, tantam tàmque incredi-*

res outrées, dans l'affectation de phraſes qui commencent & qui finiſſent de même, & autres pareilles puérilités, qu'ils placent l'eſſence de l'éloquence. Se peut-il un genre d'inſtruction plus futile? Pour prouver par le fait, notre Capucin examine les orateurs ſacrés les plus accrédités en Portugal, cite les endroits les plus applaudis de leurs ouvrages, & en fait voir tout le ridicule. Il montre enfin qu'ils n'ont pas même l'idée de la moindre régle ſur ce qui s'appelle invention, diſpoſition & élocutions oratoires, & il démontre ſavamment ce qu'il avance par un grand nombre d'exemples.

VI. Il fait connoître, dans ſa ſixieme lettre, le véritable objet de la rhétorique. Le *Candidat de la rhétorique de Pomey*, l'*Ariane des rhéteurs de Juglaris*, & d'autres ouvrages de cette eſpéce, ſont les guides chéris, ſur les pas deſquels les profeſſeurs Portugais ſont marcher leurs éléves : on ne peut cependant, dit notre Capucin, en choiſir, au jugement des perſonnes éclairées, de moins propres à conduire dans les ſentiers de la véritable éloquence. Rien, ou preſque rien, dans ces auteurs, ne ſe trouve dit d'une maniere convenable. Les principes de l'élo-

bilem eſſe fecunditatem idearum noſtrarum; ut nullo vocabulorum numero poſſit exhauriri. Adeòque neceſſarium fuiſſe ut tropis & figuris verborum uteremur, quæ & ſermonis faciant compendium, & rem ipſam clarius exponant, & humanam confabulationem jucundiorem reddant. Jàm verò cum adfectus animi non modò certis ſignis, quæ vel in viſu, vel reliquâ corporis parte eveniunt, aliis noti fiant, ſed etiam peculiari verborum genere utantur, multumque varient inter ſe; hæ autem figuræ tàm admirabilè, ac planè inexplicabili polleant efficientia ac vi, ut omninò ſimiles animi motus in iis, qui audiunt, excitent; oportet eum, qui aliis, quod ſibi propoſuit perſuadere vult, ſigna hæc omnia, & dicendi formas habere exploratas, quo faciliùs alios, quo velit, flectere poſſit. Neceſſaria igitur eſt notitia figurarum tùm verborum, tùm animi, ad aliquid perſuadendum. At non eſt neceſſaria notitia nominum, quibus eæ à rhetoribus ſignificari ſolent: ipſæ enim homini vel nihil de illis cogitanti, modò rem penitùs teneat, ſponte ſe offerunt. Illud autem eſt neceſſarium, rem planè cognoſcere, & quid locus, quid tempus, quid auditor ferat, penitùs conſiderare: nom enim res omnes eodem figurarum genere tractandæ

quence doivent d'abord être donnés en langue Portugaiſe ; c'eſt une choſe qui ne paroît ſouffrir aucune difficulté. De ces réflexions préliminaires, notre Capucin en vient à traiter lui-même le ſujet dont il eſt queſtion. L'abondance de nos idées, dit-il, eſt ſi grande & ſi incroyable, qu'il n'eſt aucun nombre de mots qui puiſſe ſuffire à les rendre, de ſorte qu'il a fallu néceſſairement ſe ſervir de tropes & de figures pour nous exprimer avec plus de conciſion, pour expoſer nos concepts avec plus de clarté, & pour jetter de l'agrément dans nos diſcours. Mais les affections de l'ame ſe manifeſtent de pluſieurs manieres : indépendamment d'un genre d'expreſſion déterminé, tel que celle du geſte & de la phyſionomie qui varient ſelon les différens mouvemens qui ſe paſſent en nous, le langage, proprement dit, nous fournit encore un genre d'expreſſion qui nous eſt particulier, expreſſion qui, par un effet admirable & abſolument inexplicable, fait participer ceux qui nous entendent, aux émotions que nous éprouvons. On ſent de quelle néceſſité indiſpenſable il eſt pour l'orateur, dont le but eſt de perſuader, de connoître ces différens genres d'expreſſions, au moyen deſ-

ſunt aut animi, autem verborum. Hæc qui teneat, & calleat, eum eloquentiæ myſteria omnia pene cognita habere manifeſtum eſt.

Deindè de triplici dicendi genere ſublimi, ſimplici, mediocri planè & accuratè diſputat: ubi Luſitanorum quorumdam flagitia tangit, & èxagitat, qui in contraria vitia incurrentes, frigidum, vel diſſolutum, vel ſiccum dicendi genus in deliciis habent, nec modùm tenent, nec decorem agnoſcunt. Ver-

quelles ſeules il peut entraîner les eſprits. Il faut donc, pour perſuader, avoir une parfaite connoiſſance de tout ce qui s'appelle figure, ſoit de mots, ſoit de paſſions; mais, pour les noms que les rhéteurs ont donnés à ces figures, on peut fort bien les ignorer; car elles viendront s'offrir d'elles-mêmes, & ſans qu'on y penſe, dès qu'on aura acquis le ſentiment réfléchi de leur uſage & de leur effet. Ce qu'il eſt important de connoître, c'eſt la nature de l'objet que l'on traite; il faut encore avoir égard au lieu & au temps où l'on parle, ainſi qu'à la diſpoſition d'eſprit des auditeurs; car on ne doit pas employer indiſtinctement, en toute rencontre, les mêmes tours oratoires, ni chercher à exciter les mêmes mouvemens. Celui qui aura une parfaite connoiſſance de ces différens objets, pourra ſe regarder comme initié dans preſque tous les myſtéres de l'éloquence.

Il traite enſuite, en termes clairs & pleins de juſteſſe, des trois genres oratoires, du genre ſublime, du genre ſimple & du genre modéré; ce qui lui fournit l'occaſion de relever les défauts de quelques Portugais qui, outrant tous les genres, penſent atteindre à la perfection

bo dicum, pedantiſmum, & ſcicentiſmum; *ut ità loquar, quæ vitia in Luſitania longè latèque funduntur, exponit & confutat, adductis Luſitanorum erratis, qui in aliquo numero ſunt. Præſertim vero acri judicio examinandam ſibi ſumit orationem quamdam in funere Emmanuelis Caetani Souza de clericis regularibus S. Caetani, à quodam Philippo Joſepho Gama, academiæ pro Luſitana hiſtoria ſcribenda alumno, conſcriptam, in eâque vitia omnia elapſi ſæculi ſeſe offerre non ſine ſale demonſtrat.*

Prætereà de ratione perſuadendi tractat; atque miſſis rhetoricorum præceptis, quæ ex libris vulgatis peti poſſe cenſet, id tantum adfert, quod ſibi ad bonorum auctorum lectionem accommodatum videantur. Primò itaque docet, pleraque, quæ in rhetoricis iſtis libris continentur, eſſe inutilia, ut illud eſt de locis communibus, de figurarum numero, ac nominibus, & hujuſmodi ſexcentis. Deindè admonet, præcipuum præceptum eſſe rem penitùs cognoſcere. Vult enim priùs

en compoſant des diſcours froids, ſecs & ſans liaiſon ; ils ne ſavent ni garder un juſte milieu, ni obſerver les convenances. Le ton pédanteſque & l'étalage d'une érudition déplacée ſont encore des défauts fort ordinaires aux orateurs Portugais ; notre Capucin en apporte pluſieurs exemples, pris dans ceux de leurs écrivains qui jouiſſent d'une certaine réputation. Il ſoumet, entr'autres, à l'examen d'une ſaine critique, une certaine oraiſon funébre d'Emmanuel Cajetan Souza, clerc régulier de S. Cajetan, & fait voir tout le mauvais goût du dernier ſiécle, répandu dans cet ouvrage compoſé par un certain Philippe-Joſeph Gama, membre de l'académie inſtituée pour écrire l'hiſtoire du Portugal.

De-là il paſſe à l'examen des moyens qu'il faut employer pour perſuader. Ces moyens ne ſe trouvent point dans les livres écrits ſur cette matiére ; & c'eſt dans les modéles que nous ont laiſſé les bons écrivains, qu'il faut les chercher. L'on doit donc d'abord, ſelon lui, mettre de côté tout ce que diſent les rhéteurs ſur les lieux communs, ſur le nombre des figures, ſur leurs noms, & ſur mille autres choſes de cette nature. Bien connoître ſon

habeat orator rem, de qua d cat, quam cogitet quibus verbis quidque dicat, aut quomodò; quod ſine bona logica, quæ rectè judicandi ſcientiam tradat, adſequi non poteſt. Tertium monitum eſt, ut ſibi perſuadeat orator, non niſi verum, aut veri ſimile illud eſſe, quod animum movet: adeòque oratoris eſſe verum quanta maximè fieri poteſt luce perfundere, ut id, quod vult, efficiat. Quartum monitum eſt, ut auditores faciat adtentos: quod duobus modis conſequi poterit: primum ſi oſtendat, ſe aliquid novum ac inauditum eſſe dicturum, quæ novitas figurarum varietate indicari poteſt. Deindè ſi argumentum eo modo proponat, ut non totum ſimul pandat, ſe aliquid ſemper oſtendendum relinquat, quod adtentionem excitet. Quintum monitum eſt, ut dexterè ſe in auditorum animos inſinuet, nec veritatem nudè proponat, ſed aliquo condimento ſuavem reddat: ut non duriter auditores excipiat, ſed blandè molliterque adliciat: interdum verò eorum partes ſibi ſumere videatur, quo faciliùs adliciat eos. Sextum verò & non ultimum monitum eſt, animi motus, ſeu adfectus rectè excitare noſſe: nihil en m non facit homo, ſi germanus animi motus in eo excitetur. Sed hæc reconditam humanarum adfectionum cognitionem

objet, voilà le ſeul précepte qu'il donne. L'orateur doit ſavoir ce qu'il convient qu'il diſe, avant que de s'occuper des termes dans leſquels il le dira, & des tours qu'il lui faut employer; mais il n'y a que la logique qui puiſſe donner ce tact & cette droiture de jugement. L'orateur doit ſur-tout ne point perdre de vûe qu'il n'y a que la vérité qui ſoit propre à remuer les eſprits, & qu'au défaut de la vérité, il faut au moins ne point attaquer la vraiſemblance, le principal objet de l'éloquence étant de répandre le plus grand jour ſur ce qui eſt vrai; ſans quoi, l'effet qu'elle ſe propoſe, ne peut couronner ſes ſuccès. Il conſeille enſuite de captiver l'attention de ſon auditoire. On peut y parvenir de deux manieres: ou en laiſſant voir que ce que l'on ſe propoſe de dire, eſt nouveau & hors de la claſſe des choſes ordinaires, ce que l'on peut faire preſſentir par la variété des figures: ou en expoſant ſon ſujet, de façon qu'il ne ſoit pas apperçu tout entier dès l'entrée, & qu'il en reſte toujours quelque choſe à connoître. Pour ſe concilier la bienveillance de ſes auditeurs, il ne faut point préſenter nuement la vérité, mais la revêtir d'une maniere agréable; il faut éviter

requirunt, ſine quâ nihil orator efficiet. Hæc generatim.

Singulatim verò docet, qua ratione unæquæque orationes condi debeant. Ac primùm Luſitanorum morem reprehendit, qui in funebri laudatione verſiculum aliquem bibliorum ſumunt pro themate, omniaque ex ſcripturâ deducunt : & quaſi multo ante prophetis revelata eſſent, perſuadere conantur. Docetque ſecundum Ciceronem, hoc genus dictionis non niſi narrandis, exponendiſque factis, ſine ullis argumentationibus conſici debere, ad animi motus leniter tractandos magis, quam ad finem faciendam, aut confirmandam, accommodate. Non enim dubia firmantur, ſed quæ certa, aut pro certis poſita ſunt, augentur. Quod ipſum lucu-

ſur-tout un ton impérieux, & tâcher au contraire de s'inſinuer doucement dans les eſprits, ſe mettant quelquefois à la place de ceux qui nous écoutent, & paroiſſant occupés de ce qui peut les intéreſſer. Le chef-d'œuvre de l'art eſt de ſavoir émouvoir & réveiller à propos les paſſions ; il n'y a rien que l'on n'obtienne de celui que l'on ſait paſſionner ; mais cela demande une connoiſſance profonde de la nature & de ſes mouvemens, connoiſſance ſans laquelle un orateur ne doit point ſe flatter de réuſſir. Tels ſont les préceptes que donne en général notre Capucin.

Il enſeigne enſuite en particulier quelle eſt la forme propre à chaque genre, & il blâme à cette occaſion l'uſage où ſont en Portugal les faiſeurs d'oraiſons funébres, de prendre pour texte un verſet de l'écriture, de tirer la totalité de leurs diſcours des livres ſacrés, & de s'efforcer de perſuader à leur auditoire, que les objets dont ils l'entretiennent, ont été préſens aux yeux des prophétes. Cicéron, dit-il, penſoit très-judicieuſement que ce genre n'eſt point ſuſceptible de raiſonnemens probatoires, & qu'il ne comporte que des narrations & des développemens de faits ; on ne doit point s'y propoſer pour but

lenter exponit, atque exemplo corroborat Pauli Segneri. Deindè de altero orationum genere, quas morales *vocant, ediſſerit: planèque docet, hujusmodi orationes non aliis præceptis indigere, quam profanæ ceteræ; quod etiam confirmat exemplo Nazianzeni, & Chryſoſtomi, præſertim verò Auguſtini, qui libris de* Doctrina Chriſtiana *id ipſum fusè pertractat. Quare poſt humaniorum litterarum ſtudium, & bibliorum reconditam cognitionem, legendos eſſe ait PP. nonnullos, ut Chryſoſtomum, Baſilium Cæſarienſem, utrumque Gregorium, Ambroſium, ceteroſque quorum doctrinam ac in humanis litteris peritiam pro cujuſque merito breviter declarat. Ad extremum de actione explicat, & voce, quam in Luſitanis oratoribus omnibus deſiderari præ ſe fert: atque hanc laudem Italis ſuis tribuit, bene pronunciandi, & agendi.*

Hæc

d'établir la croyance pour ce que l'on dit, ou de l'augmenter, mais ſimplement d'émouvoir doucement les eſprits ; il n'y eſt pas queſtion en effet de choſes douteuſes qu'il faille affranchir du doute, mais de choſes certaines, ou regardées comme telles, dont il faut accroître l'importance : vérité que notre Capucin prouve & par le raiſonnement & par l'exemple de Paul Ségneri. Il traite enſuite des diſcours moraux. Les préceptes que l'on doit y ſuivre, ſont les mêmes que ceux qui doivent être ſuivis dans la compoſition des diſcours profanes, ce qui ſe trouve prouvé par l'exemple de S. Grégoire de Nazianze & de S. Chryſoſtome, & particuliérement par celui de S. Auguſtin, qui traite cet objet même d'une maniere fort étendue dans ſon livre de la doctrine chrétienne. Sur quoi, notre Capucin penſe que, lorſque l'on a terminé l'étude de ce que l'on appelle les humanités, & qu'on connoît à fond les livres ſaints, on doit ſe livrer à la lecture de quelques-uns des peres, tels que S. Chryſoſtome, S. Bazile, les deux SS. Gregoire, S. Ambroiſe, &c. Tous ces peres étoient fort verſés dans les lettres humaines ; & notre auteur donne à chacun d'eux la louange

Hæc qui rectè intelligat etiamſi rhetoricos nullos pervolverit, eum tamen legendis optimis oratoribus oratorem ipſum non malum evaſurum putat. Veruntamen quædam addit tironum commodo. Cumque ſibi perſuadeat, nullum exſtare oratorem Luſitanum: qui cum pretio legi poſſit, monet præceptores, ut omnia, quæ neceſſaria ſunt, in ipſis Ciceronis orationibus tironibus aperiant, ope utentes Jeſuitæ du Cygne. *Hæc autem præſertim inter legendum obſervanda eſſe monet. Primo rationum pondus, ordo, conjunctio, amplificatio. Deindè veriſimilitas ſententiarum: munditiès ac elegantia ſermonis: modus in epithetis adhibendis, ac numerus oratorius: tum ad extremum peritia in inducendis figuris: ac modeſtia & dexteritas in rebus tractandis invidiæ plenis.*

qui lui eſt dûe à cet égard. Il en vient enfin à l'action & à la prononciation. Les Italiens ſes compatriotes réuniſſent, dit le Capucin, ces deux talens au ſuprême dégré : il n'en eſt pas de même des Portugais ; ils n'ont pas un orateur qui ſache prononcer.

Quiconque, dit-il, ſaiſira l'eſprit de ces préceptes, & y joindra la lecture des bons orateurs, pourra devenir lui-même un orateur ſupportable, quand il ne liroit aucun des ouvrages qui ont été faits ſur la rhétorique : il ajoute cependant quelques autres préceptes en faveur des commençans. Dans la perſuaſion où il eſt, qu'il n'exiſte pas un ſeul orateur en Portugal, de la lecture duquel on puiſſe retirer quelque profit, il conſeille aux profeſſeurs de prendre tous les exemples dont ils auront beſoin dans Cicéron. C'eſt à faire ſentir les beautés de cet habile écrivain, qu'ils doivent s'attacher ; & ils pourront ſe ſervir, dans l'exécution de ce plan, du commentaire du jéſuite du Cygne. Quant aux choſes qu'il deſire que l'on obſerve particuliérement dans la lecture de cet orateur, c'eſt le poids de ſes preuves, l'ordre, la liaiſon du diſcours, & ſa maniere d'amplifier. L'on remarquera

Poſt hæc declarat, debere præceptorem orationem Luſitanam à ſe conſcriptam tironibus ante oculos ponere, eamque diligenter explicare, ut habeant pueri, quod imitari poſſint. Tum certis diebus cogere auditores ut dato aliquo argumento alter accuſet; alter defendat, & quidquid idoneum videatur in medium adducant: jubeatque ut id ipſum ſcriptis conſignent: emendetque errata, tum quæ locutionem, tum quæ rhetoricam ſpectant. Quæ ſi ſedulo fecerint, brevi tam multum proficient, quantum fortaſſe nulli, qui totos viginti annos ex vulgari dicendi via rhetoricantur. Cum verò aliquos progreſſus habuerint adoleſcentes, auctor ſit iis, ut meditate legant Ciceronis oratorem ad Brutum, *& de* Partitionibus oratoriis: *tum etiam* Oratorem ad Q. fratrem, *atque in orationibus Ciceronis dies, noctesque ſint. Doctores verò commonefacit*

enſuite la vraiſemblance des penſées, la correction & l'élégance du ſtyle, la ſobriété dans l'emploi des épithétes, & le nombre oratoire; enfin l'adreſſe avec laquelle il amene ſes figures, ainſi que la circonſpection & l'habileté qui régnent dans la maniere dont il traite les matieres délicates & ſuſceptibles d'une prévention défavorable.

Le profeſſeur doit ſur-tout mettre ſous les yeux de ſes diſciples un diſcours qu'il aura compoſé lui-même en langue Portugaiſe; il leur en fera l'analyſe raiſonnée, & ils auront, par ce moyen, un modéle toujours préſent d'imitation. Il faudra encore qu'à des jours marqués pour cela, il les oblige de compoſer eux-mêmes ſur un ſujet donné. Dans ce genre d'exercice, l'un ſoutiendra le pour, l'autre ſoutiendra le contre; chacun employera les raiſons qui lui paroîtront les plus propres à l'établiſſement de ſon opinion; &, comme ce combat ſe ſera paſſé par écrit, le profeſſeur finira par corriger chaque compoſition, y faiſant remarquer les défectuoſités, ſoit relativement au ſtyle, ſoit relativement aux principes de l'éloquence. En ſuivant avec ſoin cette méthode, l'on fera plus de progrès en très-peu de temps,

ut pervolutent ex Græcis Ariſtotelem, *&* Longinum, *&* *etiam* Demetrium: *ex Latinis*, Ciceronem, & Quinctilianum; *nam his ferè definitur quidquid rhetoricæ nomine excellit. Poſſunt etiam conſuli* panegyrici veteres, *ſed caute. Recentiores verò rhetoricos ferè omnes explodit, ſi excipiatis Voſſii* Inſtitutiones oratorias, *quæ pro occaſione legi poſſunt. Multum etiam ad augendam eloquentiam faciunt Græcorum, & Romanorum oratorum verſiones ab Italis præſertim factæ: immò & orationes plures ab iiſdem conſcriptæ domeſtico ſermone, ut ſunt Segneri, Caſſini, Barberini, & ceteri. Quos ſi legerint, & cum veteribus contulerint, rectè fecerint. Hæc illæ. In quo illud eſt notandum, omnia, quæ Capuccinus in hac & præcedenti epiſtolâ de rhetoricâ præcipit, certis Ciceronis locis, quæ ſine ſingularum pagellarum ſe offerunt, confirmata reperiri.*

que l'on n'en feroit en vingt ans par la route ordinaire. Lorſque le profeſſeur verra ſes éléves, inſtruits juſqu'à un certain point, il les engagera pour lors à lire & à méditer les partitions oratoires de Cicéron, & tout ce que cet orateur a écrit ſur l'éloquence, ſoit à Brutus, ſoit à Quintus ſon frere; il les invitera ſur-tout à lire jour & nuit les diſcours de ce grand homme. Pour ce qui eſt des profeſſeurs eux-mêmes, notre Capucin leur recommande la lecture aſſidue d'Ariſtote, de Longin & de Démetrius, chez les Grecs; de Cicéron & de Quintilien chez les Latins : c'eſt dans cet auteur que ſe trouve renfermé tout ce qui a été dit de mieux ſur la rhétorique. On peut encore lire les panégyriſtes anciens ; mais il faut être en garde contre le mauvais goût qui régne dans pluſieurs endroits de leurs écrits. Quant aux livres modernes ſur l'éloquence, il n'y en a pas un dont on puiſſe faire le moindre cas, ſi l'on en excepte les inſtitutions oratoires de Voſſius, que l'on peut lire en paſſant. Ceux qui s'appliquent à l'éloquence, peuvent encore retirer beaucoup de profit des traductions des orateurs Grecs & Latins; de celles ſurtout qui ont été faites en Italien. On a

Sed antequam finem faciat, præjudicatam Luſitanorum plerorumque opinionem confutat, qui Antonium Viciram tamquam Demoſthenem aliquem, aut Ciceronem ita extollunt, ut de ejus laudibus dicendi finem non faciant. Cumque ingenuè admoneat amicum ſuum, ſe nihil de doctrinâ, pietate, ac exiſtimatione Viciræ detractum velle; planè demonſtrat, Viciram in rhetoricâ arte planè cæcum, & nullum oratorem eſſe, ſed ex quiſquiliis & ineptiis elapſi ſæculi, quas Itali ſcicentiſmum *vocant, totum compoſitum. Nec dum à* fanatiſmo *liberat propter librum* Clavis prophetarum, [*editus non eſt: ſed in* Hiſtoriâ rerum futurarum, *quæ ſatis èſt vulgata, eum adumbrat*] *in quo vir nec Græcæ, nec Hebraïcæ doctus, ſed malum ſcripturæ interpretem eſſe oſtendit. Nam ex malè intellecto Apocalypſis capite vigeſimo, quod ad verbum contra SS. PP.*

encore, en cette langue, quelques ouvrages originaux eſtimables; tels ſont les diſcours de Segneri, de Caſſini, de Barberin, &c. Il eſt à propos de remarquer que notre Capucin appuye, ſur l'autorité de Cicéron, dont il cite les paſſages, tout ce qu'il dit dans cette lettre & dans la précédente, relativement à la rhétorique.

Avant de terminer ſa lettre, il attaque la prévention des Portugais pour Antoine Vicira. Selon eux, ni Cicéron ni Démoſthene ne l'emportent ſur cet Auteur; & il ne leur eſt pas poſſible de tarir ſur ſes louanges. Je ne prétends, dit ingénument notre Capucin à ſon ami, donner atteinte en rien à la piété de Vicira, ni à l'eſtime qu'on doit avoir pour ſa perſonne; mais, pour ce qui eſt de l'éloquence, il n'en a pas la moindre idée; & ſes œuvres n'offrent qu'un amas du mauvais goût & des puérilités pitoyables du dernier ſiécle. On cherche l'orateur, & l'on ne trouve que le *ſavantaſſè*, comme diſent les Italiens. Vicira, continue-t-il, peut même, à la rigueur, être ſuſpecté de fanatiſme pour ſon livre de la *Clef des Prophétes*; ce livre, il eſt vrai, n'a point encore paru, mais on en trouve tout le

ſenſum accipit, contendit, ſuturum eſſe in terris millenarium quoddam Chriſti regnum, *futurum quintum imperium, ejuſque imperatorem ex Luſitaniâ eſſe exiturum : & hujus generis alia, quæ bono viro vel aliud agenti excidiſſe videntur, nec niſi apud indoctos & harum rerum imperitos laudem invenerunt. Tantum in eo laudat politicæ artis peritiam, quam epiſtolis ſuis Luſitanis declarat, quæ typis editæ ſunt : quarum aliquæ bene ac emendate conſcriptæ videntur. Quod idem de cæteris Luſitanis illuſtrioribus, ut ſunt archiepiſcopus Cranganovenſis, epiſcopus Martirienſis, quidam canonicus regularis, aliique oratores, qui eadem corda oberrant, monitum vult.*

deſſein dans l'*Hiſtoire des choſes futures*, ouvrage aſſez connu. L'auteur n'y montre aucune véritable connoiſſance du Grec ni de l'Hébreu ; & l'on ne peut le regarder que comme un mauvais interprête de l'écriture. Il ſoutient en effet, faute d'avoir entendu le vingtieme chapitre de l'apocalypſe, à la lettre duquel il s'attache contre le ſentiment des peres, *qu'il y aura ſur la terre un certain régne de Jéſus-Chriſt, qui durera mille ans*; qu'il ſe formera un cinquieme empire ; & que ce ſera le Portugal qui lui fournira un empereur : il avance encore quelques autres rêveries ſemblables que, pour ſon honneur, il faut ſuppoſer lui être échappées par diſtraction, & auxquelles il n'y a que des ignorans & des gens peu verſés dans ces matieres, qui aient pu applaudir. Vicira connoiſſoit mieux la politique, comme il l'a fait voir dans ſes lettres, qui ſont imprimées, & dont quelques-unes ſont bien écrites, au jugement de notre Capucin. Ce qu'il dit de Vicira, eſt ce qu'il faut penſer des Portugais qui ont le plus de réputation, de l'archevêque de Cranganor, de l'évêque de Martira, d'un certain chanoine régulier & de tous les autres orateurs dont les ouvrages ſont jettés dans le même moule.

VII. Septima epiſtola eſt, quæ de poeticæ arte *diſſerit. Initio poſtquam præ ſe fert, ſeſe de poetis Luſitanis non poſſe pro rei dignitate judicare, propterea quia parum temporis iis legendis conſumuit; fatetur tamen, ſibi eos minimè placere hoc nomine, quod veterum poetarum, qui punctum omne tulerunt, nullo modo ſimiles ſunt. Hujus rei cauſſas duas invenit: altera eſt, quod carent notitia artis: neque enim patrio ſermone artem ullam poeticam habent: nec exterorum ſcripta, quid ipſam recte explicarunt, legunt: ſed ex diſciplina ſuperioris ſæculi omnes poetantur. Itaque verſiculos interdum faciunt, carmen aliquod, aut poema recte non faciunt. Altera eſt, quod præceptores, præſertim Jeſuitæ, etſi quædam Latine componant, tamen religioni ſibi ducunt Luſitana lingua carmen pangere: in iiſque artificium omne exponere. Quaſi non ſacri ſcriptores domeſtica lingua verſus funderint: non Baſilius, non Gregorius Nazianzenus, non Paulinus, non Apollinaris, non ipſe Ignatius Loyola verſus vernacula lingua ſcripſerit. Ex quo exſiſtit, ut omnis artis expertes, quam nec vernacula, nec Latina lingua acceperunt, nihil apte commodeque excogitare poſſint, & fundere.*

VII. Sa ſeptieme lettre roule ſur l'art poëtique. Il avoue d'abord qu'il n'eſt point en état de porter un jugement convenable ſur les poëtes Portugais, à la lecture deſquels il n'a donné que très-peu de temps ; mais il ajoute qu'il ſe ſent porté à n'en pas faire grand cas, par la raiſon qu'ils ne reſſemblent en rien aux poëtes anciens, dont les ouvrages offrent cependant les chefs-d'œuvre de l'art. Deux choſes lui paroiſſent avoir éloigné les Portugais de la route véritable. Ils ne ſavent d'abord ce que c'eſt que poëtique ; ils n'ont aucun ouvrage qui en traite dans leur langue ; ils ne liſent point ce qu'on a écrit là-deſſus chez les autres peuples, & ils modélent toutes leurs productions ſur celles du dernier ſiecle : auſſi font-ils par fois quelques vers ; mais, pour une piéce & un poëme régulier, il n'en faut pas chercher chez eux. L'autre raiſon du défaut de bons poëtes en Portugal, c'eſt que les profeſſeurs, & ſur-tout les Jéſuites, font bien quelques compoſitions Latines, mais ne ſe permettroient point la moindre production poëtique en langue vulgaire, où les principes de l'art ſe trouveroient obſervés, & plus généralement connus. Comme ſi les écrivains ſacrés,

His præmiſſis declarat, bonum poetam duobus omnino indigere, ingenio, *&* judicio. *Quorum naturam exponens oſtendit, multa contra* bonum ingenium *pleroſque peccare, præſertim recentiores, quæ vitia* ineptum ingenium *vocari ſolent. Nam cum non animadverterent, ingenii partus, & ideas judicio temperari debere, quidquid ingenioſum ſibi videbatur probarunt : immo nec in ipſis veterum ſcriptis album ab atro ſecernere potuerunt. Hinc illæ fluxere ineptiſſimæ poeſios formæ, quæ præſertim à fine XVI. ſæculi in Europa obtinuerunt, & etiam nunc obtinent in Luſitania, & Hiſpania cetera. Hinc carmina illa, quæ* ſecurim, *quæ* ovum, *quæ* pyramidem, *quæ* hominem, *& ejus generis figuras exhibent. Hinc* lipogrammata, enigmata, equivoci, anagrammata, acroſtici, chronogrammata, echo, labyrinthi, verborum

les Baſile, les Gregoire de Naziance, les Paulin, les Apollinaire, & Ignace de Loyola lui-même, n'avoient point fait des vers dans leur langue naturelle. Qu'arrive-t-il de-là ? Que, n'ayant aucun ouvrage ni Latin ni Portugais, où ils puiſſent puiſer les connoiſſances de l'art, ils ne ſauroient imaginer ni produire rien de ſupportable.

Après cette obſervation préliminaire, notre Capucin dit que, pour être bon poëte, il faut réunir l'invention & le jugement. Il explique en quoi conſiſtent ces deux qualités de l'eſprit, & montre combien ſouvent on s'eſt fait une fauſſe idée de l'invention, ſur-tout parmi les modernes, en prenant des ſottiſes puériles pour des productions du génie. L'imagination & le feu des idées veulent être réglés par le jugement; l'oubli de cette vérité a fait applaudir à tout ce qui avoit le moindre air de nouveauté; & l'on n'a plus diſtingué, dans les anciens même, ce qui étoit bon de ce qui étoit mauvais. De-là ſont venus tous ces genres ſinguliers de poëſie, qui ont été en vogue en Europe, ſur-tout depuis la fin du ſeizieme ſiecle, & qui ſont encore en uſage en Portugal & en Eſpagne: de-là ces poëmes,

luſus, repetitio vocabuli *in ſingulis epigrammatis verſibus*, *&* *ejus generis alia, quæ elapſo ſæculo præcipua ingenii laude ferebantur. Quorum tametſi in antiquitate veſtigia ſe offerant, veluti in Ovidio, Theocrito, Tryphiodoro, aliis, immo in rhetorica Ariſtotelis, & ſecundo libro de oratore Ciceronis, qui quædam exempla adferunt; tamen non niſi poſtremis his ſæculis quaſi exquiſitus aliquis ingenii fetus habita fuere. Hinc etiam* equivoci *voces in Latinam linguam inductæ ſunt, cujus luculentus textis eſt Theſaurus, & Juglares, ceterique elogiorum* lapidarium *conditores: qui veterem inſcriptionum facilitatem, & majeſtatem tam ineptis argutiis depravarunt. Hæc aliaque, quæ adducit, & reprehendit, non nude proponit, ſed exemplis domeſticis, immo vero eruditione ſolida ornat, & confirmat.*

Porro

dont les vers plus ou moins longs repréſentent une hache, un œuf, une pyramide, un homme, ou telle autre figure; delà les lipogrammes, les énigmes, les équivoques, les anagrammes, les acroſtiches, les chronogrammes, les échos, les labyrinthes, les jeux de mots, les répétitions de la même expreſſion à chaque vers, & quantité d'autres eſpéces de ſemblables productions, qui paſſoient pour des efforts de génie dans le dernier ſiécle. On en trouve, il eſt vrai, quelques exemples dans l'antiquité, comme dans Ovide, dans Théocrite, dans Tryphiodore, &c. Il en eſt même queſtion dans la rhétorique d'Ariſtote & dans le ſecond livre du traité de l'orateur de Cicéron; mais c'étoit au dernier ſiécle qu'il étoit réſervé d'en faire l'objet de ſon admiration. Une des ſuites de ce mauvais goût a été d'introduire l'équivoque juſques dans la langue Latine. Le *Theſaurus*, Juglaris, & les autres faiſeurs d'éloges lapidairis, en offrent une preuve frappante dans la ſubſtitution qu'ils ont faite de ces ſottiſes, à la ſimplicité & à la majeſté des inſcriptions antiques. Notre Capucin ne ſe borne point, en parlant de ces défauts, à de ſimples allégations; il cite des exemples

Porro hæc vitia ex defectu judicii limati, ac rhetoricæ artis proficiſci, neminem inficiaturum eſſe contendit. Quod cum Luſitanis paradoxum omnino videri ſoleat, quippe qui exiſtimant rhetoricam artem non niſi in ſoluta oratione locum habere; primum ſingulatim ac ordine docet, ad conficiendum quodlibet poema vel drammaticum, *vel* narrativum *neceſſaria eſſe præcepta rhetoricæ. Deinde demonſtrat, ex hoc uno fonte naſci quod Hiſpani, ac Luſitani poetæ vix unquam decorum ſervent. Duo enim præſertim peccant: alterum, quod nulla habita ratione aut perſonarum, aut rerum, ſemper inveriſimile aliquid & incredibile fundunt, & dicunt: alterum quod id ipſum tam mirifico, & obſcuro dicendi genere declarant, ut omnino intelligi non poſſit. Quod adductis celebriorum locis conficit luculenter. Quibus omnibus opponit Virgilium, & Horatium, qui nihil non apte, non commode, non recte dicunt.*

pris dans les auteurs Portugais ; & la preuve qu'il donne par les faits, ſuppoſe beaucoup d'érudition.

On doit, ſelon lui, rapporter ces défauts, comme à leur cauſe principale, au manque de régle dans le jugement, & à l'ignorance des principes de la rhétorique. C'eſt une vérité qu'il ne croit pas que l'on puiſſe révoquer en doute ; mais, comme elle ne paſſeroit que pour un paradoxe en Portugal, où l'on croit que l'art de la parole n'eſt applicable qu'aux ouvrages écrits en proſe, il s'attache à prouver méthodiquement, & ſur tous les points, qu'il eſt impoſſible de faire un bon poëme, ſoit épique, ſoit dramatique, ſi l'on n'obſerve point les préceptes de la rhétorique. Il fait voir enſuite, d'une maniere démonſtrative, que c'eſt par le manque d'application de ces préceptes, que les poëtes Eſpagnols & Portugais péchent contre les convenances, & ne gardent point ce qu'on appelle le *decorum.* Ils ont en particulier deux défauts : ils n'ont aucun égard ni à la qualité des perſonnes, ni à la nature des circonſtances ; & ils attaquent la vraiſemblance, juſqu'à ſuppoſer des choſes qu'il eſt impoſſible de croire. Ils ajoutent, à ce premier défaut,

His in univerſum conſtitutis, ad ſingularia venit, in quibus non omnia abundanter pertractat: ſed, quæ magis utilia videntur, ut ineptias explodat, ac verum guſtum poeſeos excitet, ordine perſequitur. Itaque de ſingulis poeſeos generibus plurima ſcite ac erudite docet. Præſertim vero de Luſitano epigrammate, quem Soneto *vocant, utilia præcipit: ſalſeque videt ineptias Antonii Soareſii, quem vulgo* Chagas *nominant, Ludovici Camoenſii, aliorumque, qui præcipuam epigrammatis laudem apud noſtros tulerunt.*

Deinde de Latino epigrammate explicat: ubi poſteaquam Græcos extulit, quod præter ceteros naturam ipſam ſequantur, laudat Catullum *hoc nomine, quod ad Græcos quam proxime accedat: contra ea* Mar-

celui de s'exprimer d'une façon extraordinaire & ſi obſcure, qu'il n'eſt pas poſſible de les comprendre. Notre Capucin cite là-deſſus pluſieurs paſſages, & leur en oppoſe d'autres, tirés de Virgile & d'Horace, dans leſquels tout ſe trouve dit à propos, clairement & avec juſteſſe.

De ces obſervations générales, il deſcend à l'examen de chaque genre en particulier. Il n'entre point dans tous les détails ; mais il ne laiſſe rien échapper de ce qui peut lui fournir l'occaſion de tourner en ridicule le mauvais goût, & de ramener à celui de la bonne poéſie. Il parle donc, en homme inſtruit, des différens genres ; il donne ſur-tout les meilleurs avis ſur l'épigramme Portugaiſe, c'eſt-à-dire, ſur les ſonnets que compoſe cette nation, & il répand le ſel de la plaiſanterie la plus fine ſur Antoine Soarez, appellé vulgairement *Chagas*, ſur Louis Camoens, & ſur quelques autres, regardés par leurs compatriotes comme les modéles des épigrammatiſtes.

Il parle enſuite de l'épigramme Latine ; &, après avoir loué les Grecs, qui ſont ceux dont les écrivains ont le plus de naturel, il met Catulle au premier rang, place qu'il lui donne pour avoir été celui

tialem *vituperat, propterea quia ad acumina deflectit : idque, plaudente Mureto & Giraldo. Hinc ad alterum epigrammatis genus, nempe inſcriptiones, divertens, poſtquam præmiſit, neminem, qui germanæ eloquentiæ præcepta vel primoribus labris deguſtarit, dicendi formam* Theſauri, Juglaris, Maſſenii, Labbei, *aliorumque, qui lapidaria elogia ſcripſerunt, in pretio habere poſſe ; enarrat* argutiarum *hiſtoriam ; & rem ab alto ducens, exponit, corruptam ejuſmodi eloquentiam argenteo ſæculo incepiſſe opera Senecæ, Lucani, Martialis, aliorumque, qui provinciarum ineptias, & ampulloſum dicendi genus in urbem inportarunt. Sed multo pejus poſt Antonini Cæſaris tempora, in quibus conciſum illud, atque argutum dicendi genus magis magiſque obtinuit, idque uſque ad ſæculum XI. quo Latina lingua extincta eſt. Non tamen adeo depravatus erat Latinus ſermo ea ætate, immo & ignorantiæ ſæculis uſque ad XV., quantum poſt fuit. Verum labente ſextodecimo ſæculo omnino in Latium acumina & argutiæ, & adſectatæ verſuum diviſiones, & id genus alia inducta fuere : eaque vicino ſæculo tanto in pretio habita ſunt, quanta Auguſteo ævo elegans & emendatus ſermo non fuit. Quam vero id ſit ineptum, quamque non dico Au-*

qui a le plus approché de la ſimplicité Grecque. Il s'en faut bien que le jugement qu'il porte de Martial, ſoit auſſi avantageux ; & il le blâme hautement d'avoir introduit les pointes d'eſprit : en quoi le jugement de notre Capucin ſe trouve conforme avec celui de Muret & de Giraldi. Il paſſe enſuite à l'autre eſpéce d'épigrammes, connues ſous le nom d'inſcriptions. Il dit d'abord qu'il eſt impoſſible à tout homme qui aura le moindre goût, de faire cas du *Theſaurus*, de Juglaris, de Maſſenius, de Labbe, & de tant d'autres qui ont fait des éloges lapidaires. Il fait l'hiſtoire du goût pour les pointes ; &, remontant juſqu'à la ſource, il fixe les commencemens de la corruption des ouvrages d'eſprit au temps de Sénéque, de Lucain, de Martial, & de ceux qui, à leur exemple, apporterent à Rome le génie minutieux des provinces de l'empire, & le ſtyle emphatique La décadence du goût fut encore plus ſenſible après la mort d'Antonin ; ce fut alors que s'introduiſit le ſtyle hâché & hériſſé de pointes, dont l'uſage s'accrut juſqu'au ſixieme ſiecle, dans lequel la langue Latine parut s'éteindre. Ce ſiécle cependant, & les ſiecles d'ignorance qui le ſuivirent

guſti ævo, ſed primo, & ſecundo poſt Chriſtum natum omnibus, qui eloquentiæ laude florebant, inviſcum, vetera monumenta & inſcriptiones, quæ Romæ viſuntur, declarant: ut illa eſt in porticu Pantheon, in obeliſcis ab Auguſto, aliiſque imperatoribus erectis, in arcu triumphali Titi, in duplici columna Antonina, in columna Trajana; immo & in ipſis Severi, Galieni, Conſtantini monumentis triumphalibus: quorum inſcriptiones puritatem, facilitatem, brevitatem, atque majeſtatem quamdam auræa eloquentiæ ætate dignam præferunt. Quod adeo manifeſtum eſt, ut mirari ſubeat eſſe Luſitanos, qui eloquentiæ laude prædicari cupiant, qui libros elogiorum lapidarium omni argutiarum genere refertos lectoribus obtrudere non deſinant: quo ipſo ſeſe ludibrio exponunt doctiorum hominum.

juſqu'au quinzieme ſiécle, n'offrent point encore des exemples de corruption dans les écrits, qui ſoient comparables à celle qui infecta le ſeizieme ſiécle. Les pointes, les ſubtilités, la découpure affectée des vers, vinrent alors enlever à la langue Latine le peu de dignité qu'elle conſervoit encore ; & le ſiécle ſuivant accueillit ces défauts ridicules avec autant d'éloges que l'on en donnoit, du temps d'Auguſte, à l'élégance & à la correction du ſtyle. Les anciens monumens & les inſcriptions qui nous reſtent, & que l'on voit à Rome, prouvent à quel point ce nouveau genre eſt puérile & éloigné de la maniere de compoſer de tous ceux qui paſſoient pour éloquens, non-ſeulement au temps d'Auguſte, mais même dans les deux premiers ſiécles de l'ére chrétienne. On peut s'en convaincre, en liſant les inſcriptions du portique du Panthéon, des obeliſques élevées par Auguſte & par les autres empereurs, de l'arc triomphal de Titus, de la double colomne Antonine, de la colomne Trajane, & même des monumens de Severe, de Galien & de Conſtantin. Elles ſont pures, faciles, courtes & pleines d'une majeſté digne des plus beaux jours de l'éloquence. Toutes ces qualités s'y

Poſt hæc de reliquis generibus poematum breviter diſputat, ut eſt oda, elegia, ſatyra: quidque Luſitani in iis peccent aperte demonſtrat. Poſtremo de epopœia ſermonem facit. Ubi poſtquam narravit nonnullos Luſitanos, ut Lupum, Silveiram, Caſtrium, nihil eruditis auribus dignum fudiſſe; ad eos venit, qui felicioribus auſpiciis epopœiam aggreſſi ſunt: cujuſmodi ſunt Ludovicus Camoenſius, Antonius da Fonſeca Soares, *vulgo* frater Antonius das Chagas, Franciſcus Bothelo de Morais e Vaſconcellos. *Et quod ad primum ſpectat, contendit, Emanuelem Fariam Souſam, qui Camoenſium interpretandum ſibi ſumſit, acri judicio carere: non enim interpretem, ſed laudatorem agit: longeque illi præfert alterum interpretem, Ignatium Garcez Ferreira, qui in Italia majori & judicii &, eruditionis apparatu Camoenſium explanavit, nec ejus erroribus pepercit. Deinde cum fateatur, Camoenſium acre ingenium eſſe, & talem,*

ſont tellement remarquer, qu'on ne peut voir, ſans étonnement, ceux d'entre les Portugais qui aſpirent à la gloire de l'éloquence, ſemer de pointes & de ſubtilités les ouvrages qu'ils nous donnent en ce genre, & apprêter à rire aux gens inſtruits.

Il parle enſuite, en peu de mots, des autres genres de poéſie, de l'ode, de l'élégie, de la ſatyre; & il releve ouvertement les défauts des Portugais. Il vient enfin à l'épopée, &, paſſant rapidement ſur ceux des poëtes épiques Portugais qui n'ont rien écrit de digne d'être lu, tels que Lupus, Silveira, Caſtrius, il s'arrête à ceux qui ont acquis une certaine réputation. Tels ſont Louis Camoëns, Antoine da Fonſeca Soarez, plus connu ſous le nom de frere Antoine *das Chagas*, François Bothelo de Morais & Vaſconcellos. Quant au Camoëns, il prétend que ſon commentateur, *Emanuel Faria Souſa*, n'avoit point de jugement, & qu'il a plutôt fait un panégyrique qu'un commentaire; en quoi il lui préfére Ignace Garcez Ferreira, qui a commenté le Camoëns en Italie avec beaucoup de ſagacité & d'érudition, ſans déguiſement pour les défauts de cet auteur. Il recon-

qui, ſi ars acceſſiſſet, epopœiam pro rei dignitate tractare poſſet; docet nihil ei ſuffragari, quod ejus poema, quos Luſiadas *vocant, Hiſpane, Gallice, & Italice verſum fuerit: Hœc enim errores ipſos non tollunt. Hinc analyſim inſtituens dicti poematis, oſtendit, Camoenſium in multis, & graviſſimis erraſſe. Nam primo titulum ſeu inſcriptionem non ex Vaſco de Gama, quem ſibi heroa poſuit, ſed ex omnibus Luſitanis deſumſit. Deinde cum unam tantum actionem primariam ſibi proponere deberet, videlicet* profectionem Gamæ; *plures viros inluſtres proponit, ſeſeque eos canere velle ait: tametſi illi non niſi in epiſodiis ſint. Tertius error eſt, quod heroa deprimit interdum, nec ſervat decorum. Quartus eſt, quod digreſſiones intolerabiles, & minime neceſſarias admiſcet. Quintus eſt, quod ſinguli libri ſeu cantus in exclamationes deſinunt, quæ nihil ad rem faciunt. Sextus eſt, quod Ethnicorum Deos nullos judicio inducit, loquens Gentilium more. Poſtremus eſt, quod verſus languidiores plerumque fudit, obſcure loquitur, taleſque phraſes adducit, quæ explicationem non habent.*

noît du génie au Camoëns, & tout ce qu'il falloit pour compoſer un poëme qui répondît à la majeſté de l'épopée ; mais la connoiſſance de ſon art lui manquoit ; & les traductions qui ont été faites de ſa *Luſiade* en Eſpagnol, en François & en Italien, ne doivent point faire regarder ſon poëme comme parfait, puiſque ce ſuffrage des étrangers ne peut faire diſparoître les défauts qui s'y trouvent. Notre Capucin examine en effet la Luſiade, & releve le Camoëns ſur pluſieurs objets. Les Portugais, en général, lui ont d'abord fourni le titre de ſon ouvrage, qui devoit porter le nom de *Vaſco de Gama*, puiſqu'il l'avoit choiſi pour ſon héros. Il ne devoit enſuite ſe propoſer qu'une action principale à traiter, telle que l'expédition de Gama ; & il ſe propoſe de chanter pluſieurs perſonnes illuſtres : il dit poſitivement qu'il veut les célébrer, & il n'eſt queſtion d'elles que dans des épiſodes. Il ne préſente pas toujours ſon héros dans un point de vue avantageux, ce qui eſt contre les convenances, & tend à affoiblir l'intérêt. Il ſe livre à des digreſſions inſoutenables & peu néceſſaires : des déclamations auſſi inutiles terminent tous ſes chants ; les divinités du Paganiſme

Quod ad Chagas *ſpectat, plane demonſtrat, eum leges epopœiæ penitus ignorare, decorum negligere, ſerviliter interdum Virgilium imitari, fabulam nullam habere, pueriles deſcriptiones adfectare, verbiſque perſæpe uti, quæ ipſe, de iis interrogatus, explicare vix poſſet. Verbo dicam, nihil minus eſſe quam epopœiam, ut ut ab ſemidoctis nonnullis pro mirifico poeta habeatur. Idem de* Vaſconcello *judicium facit; qui tametſi in poemate ſuo* Alfonſo *Hiſpanice conſcripto multum plus judicii, quam Chagas, oſtendat, veruntamen ex nimio ſtudio imitandi Lucanum, errores omnes iſtius ſuos fecit, virtutes non fecit. Hiſtoriam enim, non poema, ſcribit: digreſſiones, & exclamationes nimis longas adfert: ſententias inveroſimiles: nec id ſolum, ſed etiam phyſicus, & aſtronomus cum quadam jactatione haberi cupit.*

figurent dans ſon poëme avec les objets de notre religion ; enfin ſa verſification eſt traînante, & ſa diction obſcure, au point qu'il eſt impoſſible de l'entendre en pluſieurs endroits.

Quant à ce qui regarde Chagas, notre Capucin démontre qu'il a entiérement ignoré les régles de l'épopée, & qu'il n'a obſervé nulle part le *decorum* ; s'il imite quelqûefois Virgile, c'eſt ſervilement ; il eſt ſans invention, affectant des deſcriptions puériles, & ſe ſervant de termes dont il auroit eu lui-même bien de la peine à dire la ſignification. Pour le dire en un mot, ſon ouvrage n'eſt rien moins qu'un poëme épique, quelques éloges que lui donnent les ignorans. On ne doit pas penſer plus avantageuſement de Vaſconcellos. Quoiqu'il montre plus de jugement que Chagas, dans ſon *Alfonſe*, écrit en Eſpagnol, il n'eſt qu'un mauvais ſinge de Lucain ; tous les défauts de ſon modéle, il les a ; les beautés, il ne les a point. On s'attend à un poëme, & l'on ne trouve qu'une gazette, que des digreſſions, de longues déclamations, & des idées dépouillées de toute vraiſemblance ; à quoi il faut ajouter une affectation outrée de vouloit paſſer pour aſtronome & pour phyſicien.

Deinde de dramate verba facit, nempe tragœdia, & comœdia. Ubi eos exagitat, qui Luſitanam linguam ad comœdiam aptam non eſſe putant. Ac primum concedit iis, Italam linguam Gallica, ceteriſque aptiorem eſſe ad poeſin, ob nervum, & harmoniam quamd.m, quæ in verſu præſertim hendecaſyllabo ſentitur. Verum contendit Luſitanam, & Hiſpanam ſecundum locum tenere, quod eoſdem nervos habeant; ac iiſdem numeris utantur. Hinc tragœdiæ, & comœdiæ leges enumerans declarat, Hiſpanos, ex quibus hauſerunt Luſitani [hi comœdias Luſitanas raro ſcribunt] in utramque peccare: vix enim umquam characteres imitantur, ſed incredibilia & inaudita adfectant, & perſonas confundunt. Et hoc loco flagitia etiam, quæ in ipſa ſcena ſe offerunt, etiam apud Italos, qui equos, & currus in proſcenium, & hujuſmodi ineptias producunt, ſevere reprehendit. Quibus adnotatis, lectores admonet, ut bonos poetas legant, quo facilius veteres intelligant qui ſine prædicta notitia intelligi non poſſunt.

Poſtremo

Notre Capucin parle enſuite du genre dramatique, c'eſt-à-dire, de la tragédie & de la comédie, &, à cette occaſion, ſoutient que c'eſt ſans fondement que l'on regarde la langue Portugaiſe comme n'étant point propre aux productions théâtrales. Il accorde à ceux qui le prétendent, la prééminence de la langue Italienne ſur la langue Françoiſe & ſur toutes les autres, relativement à la poëſie, prééminence qu'elle doit à une certaine force & à une certaine harmonie qui ſe fait ſentir particulierement dans ſes vers indécaſyllabes. Mais il penſe que les langues Eſpagnole & Portugaiſe viennent après elle, en ce qu'elles ont le même nerf & le même nombre. Il paſſe tout de ſuite à l'expoſition des régles qui doivent être obſervées dans la tragédie & dans la comédie, & dit nettement que les Eſpagnols, deſquels les Portugais empruntent les piéces, n'ayant point de comédies écrites en leur langue, n'obſervent aucune de ces régles. On ne trouve point chez eux de caracteres ni d'imitation de la nature; ils n'ont aucun égard à la qualité des perſonnes qu'ils introduiſent, & ils ne s'attachent qu'à controuver des événemens extraordinaires & même incroya-

Poſtremo loco artem quamdam poeticam adumbrat. Ea ejuſmodi eſt prima parte leges omnes generales poni debent, exempliſque corroborari. In altera parte primum de ſingulis poematis Luſitanis agendum eſt : in quibus, quæ Luſitanæ linguæ ſunt propria, exponenda ſunt. Quod cum legent, jubeat præceptor, ut de aliquo brevi poemate vernaculo judicium faciant, & id ipſum, quod judicarunt, ſcriptis conſignent, quo facilius memoriæ mandetur. In tertia parte de ſingulis Latinorum poematis, ut elegia, epigramma, idyllia, cetera, agendum eſt. Ubi de verſificatione, de idiotiſmis poetarum, de epithetis, & hujus generis aliis accuratiſſime tractandum. Quod ſi puer ingenium ad poeſim factum habeat, poteſt præceptor eumdem dextere exercere hac lege, ut primo Luſitana carmina componat, dein Latina : ſed brevia argumenta & facilia le-

bles. L'uſage où ils ſont d'introduire ſur la ſcéne des chevaux, des chars & d'autres objets ſemblables, leur eſt commun avec les Italiens, que notre Capucin blâme auſſi bien qu'eux à cet égard. Il finit ces remarques par avertir qu'il faut d'abord lire les bons poëtes, afin d'entendre plus facilement les anciens, dont l'intelligence dépend de cette connoiſſance préliminaire.

Il donne enfin l'eſquiſſe d'un art poëtique. Voici en quoi elle conſiſte. Il voudroit que l'ouvrage fût diviſé en trois parties. On donneroit, dans la premiere, toutes les régles générales, & on les appuyeroit ſur des exemples. On parleroit, dans la ſeconde, de toutes les eſpéces de poëmes ; l'on feroit connoître ceux auxquels la langue Portugaiſe eſt plus propre ; &, dans le même temps, le profeſſeur feroit porter à ſes éléves leur jugement ſur quelque piéce de poëſie Portugaiſe, non de vive voix, mais par écrit, pour que les connoiſſances qu'ils retireroient de leur travail, reſtaſſent mieux gravées dans leur mémoire. Il feroit queſtion, dans la troiſiéme partie, des genres de poëſie Latine, de l'élégie, de l'épigramme, de l'idylle, &c. ; l'on y expliqueroit les différentes beautés de la

genda ſunt, quæ faſtidium non creent. Quæ ſi præceptor ſedulo curarit, ſi errores notaverit, ſi auctores bonos legendos propoſuerit, brevi fortaſſe puer in aliquo numero erit poetarum.

VIII. Sequitur octava epiſtola, quæ hujus tomi poſtrema eſt, & logicæ *explicandæ omnino deſtinata. Principio illud ponit tamquam nulli diſputationi obnoxium, Luſitanos in bona philoſophia hoſpites eſſe. Quod ut facilius efficiat, argumenta percenſet, quæ in eorum ſcholis, & præſertim univerſitatibus ſtudiorum tradi ſolent. Primo anno explicant* univerſalia, *&* ſigna : *interdum vero adeo* univerſalibus *detinentur, ut annum integrum iis abſumant, & viginti ſupra tercentum folia in 4°. ut vocant, de hac una materia ſcribant. Anno ſecundo alteram partem* ſignorum *exponunt, & non nihil explicant de* materia prima, *&* cauſſis;

verſification ; l'on y feroit remarquer les tours particuliers aux poëtes, le choix & l'emploi des épithétes. S'il ſe rencontroit un éléve dont le génie parût tourné vers la poéſie, le profeſſeur pourroit le faire compoſer quelques morceaux, d'abord dans ſa langue, & enſuite en Latin ; mais il auroit l'attention de ne l'exercer que ſur des ſujets courts & faciles, pour ne point le rebuter. En ſuivant cette méthode, en faiſant remarquer à l'écolier où & en quoi il auroit manqué, en lui faiſant lire de bons auteurs, il y a beaucoup à parier qu'il ſe formeroit en peu de temps.

VIII. La huitieme lettre, qui eſt la derniere du premier volume, a pour objet la logique. Notre Capucin y avance d'abord, comme une choſe inconteſtable, que les Portugais ne ſavent en aucune maniere ce que c'eſt que Philoſophie ; &, pour le prouver, il fait paſſer ſous les yeux du lecteur les argumens qui ſont en uſage dans leurs écoles, & ſur-tout dans les univerſités. La premiere année de leurs cours de philoſophie, eſt employée à l'explication des univerſaux & des ſignes ; encore reſtent-ils quelquefois ſi longtemps ſur les univerſaux, que l'année eſt écoulée avant qu'ils aient épuiſé la ma-

quam phyſicam vocant. Tertio anno traduntur adoleſcentibus intellectiones, notitiæ, & topica : *cui addunt, ſi tempus ſuppetit, aliquid de* ente in univerſum. *Ex his ſex tractatibus theſes aliquas deſumunt, certaque die defendunt, quo ipſo gradum* bacalaurei *obtinent. Quarto autem anno de* generatione & corruptione, & *de* anima *generatim agitur. Tamdem theſes gregatim defendunt, quæ ejuſmodi ſunt, ut interdum aliquis defendens nullum opponentem habeat. Poſtremo alterum examen ſubeunt in iiſdem argumentis, quem* licentiatum *vocant. En philoſophus Luſitanus omnibus numeris abſolutus. Hæc quam inepta ſit docendi ratio, quamque inepta philoſophia res ipſa declarat. Nam cum philoſophia id boni adferat, ut mentem omni præjudicata ſententia liberet, acuatque quo facilius verum inveniat; tamen adoleſcentes noſtri tam multis, tamque ineptis, & ſputatilicis præjudiciis inquinati evadunt, ut vix umquam recte intelligere, & ratiocinari queant. Hinc exterorum ſtudia intolerenda ſuperbia contemnunt, & reprehendunt. Hinc Carteſium, Gaſſendum, Newtonum, Galilæum, ceteroſque philoſophiæ coryphæos non ſecus ac nugatores exſibilant : hereticoſque, & , ſi ſuperis placet, atheos nominant : cum tamen*

tiere ſur laquelle ils écrivent quelquefois plus de trois cent vingt feuilles in-4°. L'année ſuivante, ils étudient une partie des ſignes; on leur dit quelque choſe de la matiere premiere & des cauſes; & voilà ce qu'ils appellent la phyſique. Dans la troiſieme année, on leur parle des idées, de nos connoiſſances & des moyens d'argumenter; &, s'il en reſte le temps, on leur dit quelque choſe de l'être en général. Ils prennent enſuite quelques théſes dans ces ſix traités, & les ſoutiennent le jour même qu'ils ſont reçus bacheliers. La quatrieme année, on leur explique ce qui regarde la génération, la corruption & l'ame en général. Alors ils ſoutiennent des théſes ſur toute ſorte de ſujets; mais la choſe ſe paſſe de maniere que le ſoutenant n'a ſouvent perſonne à qui répondre. Ils ſubiſſent enfin un autre examen ſur les mêmes queſtions, que l'on appelle l'examen de la licence; &, cet examen ſubi, l'on eſt un philoſophe Portugais accompli. Y a-t-il rien de plus pitoyable que cette maniere d'enſeigner, ſi ce n'eſt cette philoſophie même que l'on enſeigne? La deſtruction des préjugés qui captivent l'entendement, & l'augmentation de cette pénétration néceſſaire pour découvrir la

eos non viderint, nedum legerint, ſi Carteſium exipias, qui ab iis, qui monſtra eruditionis ſunt, oſcitanter lectus fuit. Hæc noſter teſtis oculatus narrat, non ſine ſale & facetiis, gloriamque graviſſimorum hominum, quos ſupra memoravimus, ab omni maledicto defendit.

Hæc igitur ut emendet Capuccinus, nullam expeditiorem viam excogitari poſſe exiſtimat, quam adoleſcentibus ante oculos ponere hiſtoriam philoſophiæ, antequam in

vérité, ſont les fruits qu'on ſe propoſe de recueillir, en s'appliquant à la philoſophie. On ne retire de cette étude, en Portugal, qu'un amas de préjugés ſi abſurdes & ſi dignes de mépris; qu'il eſt preſque impoſſible qu'une tête qui en eſt remplie, puiſſe jamais bien concevoir ni bien raiſonner. Auſſi les docteurs Portugais ne tiennent-ils aucun compte de Deſcartes, de Gaſſendi, de Newton, de Galilée & de ces autres flambeaux de la philoſophie, qu'ils traitent hardiment de diſeurs de riens; ils ne leur épargnent pas même la qualification d'hérétiques; & c'eſt une eſpéce de miracle qu'ils n'aſſurent point que ce ſont autant d'athées. Ils n'ont cependant jamais vu leurs ouvrages, bien loin de les avoir lus, ſi l'on en excepte ceux de Deſcartes, dont la lecture excite les baillemens de ces prodiges de ſcience. Notre Capucin parle de ces faits comme témoin oculaire; & la maniere dont il tourne en ridicule les détracteurs de ces grands hommes, eſt bien faite pour les venger & pour opérer leur juſtification.

Le moyen qui lui paroît le plus propre pour mettre la réforme dans cette maniere vicieuſe d'étudier, conſiſte à donner aux jeunes gens l'hiſtoire de la philoſophie,

eam ſe immergant. Itaque rem ab ovo ducens hiſtoriam philoſophiæ Græcæ breviter texit : atque de ſecta Italica, & Ionica breviter ille quidem, ſed diligenter diſputat. Deinde, quid Romani fecerint, quid Arabes, quid ſcholaſtici, quid mathematici ſæculo decimo ſexto, quidque ſuperiori ſæculo illi, quos ante nominavimus; quantumque ad emendationem philoſophiæ, regiæ illæ academiæ contulerint, atque ut hoc ſæculo etiam apud religioſos in Italia, & Gallia inveterarit, aperte exponit.

Hinc ad logicam veniens declarat, philoſophiam eſſe, rem per cauſſas cognoſcere. *Cum autem homines dum rerum cauſſas inveſtigant, ſepiſſime fallantur; præterea in ipſis etiam ratiocinationibus, quibus nos cogere volunt, errores ſe offerant; coacti fuere homines hæc omnia odorari atque noſſe, ne in ea ita facile incurrerent. Hæc primum caſu & ſine ulla arte præcepta inventa ſunt: poſt ab Zenone Eleate, & multo melius ab Speuſippo, & Ariſtotele in ordinem, atque artem fuere redacta. Hanc logicam ſeu dia-*

avant qu'ils s'attachent à en pénétrer les myſteres. Il remonte lui-même juſqu'à ſon berceau, fait l'hiſtoire de cette ſcience chez les Grecs, & parle d'une maniere conciſe, mais exacte, des ſectes Ionique & Italique. Il expoſe enſuite les ſuccès différens qui ont payé les efforts des Romains, des Arabes, des ſcholaſtiques; ce que les mathématiciens du ſeizieme ſiécle ont fait pour l'avancement de la philoſophie, ainſi que, dans le ſiécle dernier, les grands hommes que nous venons de nommer, & le jour qu'ont répandu ſur ſes ténébres les académies; tandis que, dans ce ſiécle même, elle eſt encore dans un engourdiſſement léthargique chez les moines de France & d'Italie.

Il paſſe à la logique, & dit que la philoſophie conſiſte à connoître les choſes par les cauſes. Mais, comme la recherche des cauſes eſt ſujette à beaucoup d'erreurs qui ſe gliſſent juſques dans les raiſonnemens dont on ſe ſert, il étoit indiſpenſable de ſe tenir ſur ſes gardes, & d'examiner ſcrupuleuſement la convenance des idées employées pour ſéparer le vrai du faux. Cela s'eſt fait d'abord par hazard & ſans principes certains. Enſuite on a recueilli les obſervations, & l'on en a com-

lecticam nominarunt, quæ nihil aliud eſt, quam diſciplina quæ docet recte intelligere & judicare, & ex vero judicio argumentando colligere. Ex quo conſequitur, eam logicam eſſe anteponendam, quæ breviter id doceat: eam vitandam, quæ ad idem ſcopum obtinendum, vel nullo modo, vel longis ambagibus ducit.

Atque hinc, quid de logica ſcholaſticorum judicare oporteat, facile conſtat: quilibet enim non hebes vel ex ipſa præceptorum cognitione nullo negotio intelligit eam ad recte intelligendum & judicandum aptam non eſſe. Proœmalia *enim tam ſunt inepta & inutilia, ut nihil magis.* Signa *nihil aliud utilitatis habent, quam oſtendere, verba eſſe ſigna rerum, & perceptionum: litteras vero, verborum, perceptionum, & rerum: idque non natura ſua, ſed ex hominum voluntate. Multa alia utilia doceri poſſunt de ſignis, ſed hæc in ſcholaſticorum libris non occurrunt. Idem judicium faciendum de centone illo* univerſalium, *quæ nihil aliud utilitatis habent, quam oſtendere, quale ſit prædicatum univerſale, quale particulare: at id una pagina totum explicari poteſt.*

poſé un corps de ſcience. Zenon d'Elée poſa la premiere pierre de l'édifice, dont Speuſippe & Ariſtote améliorerent la forme. L'on donna le nom de logique ou de dialectique à cette ſcience, qui n'eſt autre choſe que l'art de bien concevoir, de bien juger, & de tirer une conſéquence juſte. D'où il ſuit que l'on doit préférer le traité de logique qui eſt le plus court, & rejetter tous ceux qui ne menent au but deſiré que par de longs détours.

On voit par-là ce que l'on doit penſer de la logique des ſcholaſtiques ; & il ne faut pas avoir de grandes lumieres pour ſentir qu'elle n'eſt aucunement propre à former la conception ni à régler le jugement. Tous les avant-propos en ſont puériles & d'une inutilité plus grande qu'on ne peut dire. On n'apprend des ſignes rien autre choſe, ſinon que les mots ſont les ſignes des choſes & des idées ; que les lettres le ſont des mots, des idées & des choſes, & cela par une ſuite de la convention, les mots & les lettres n'ayant en ſoi aucune valeur repréſentative déterminée. Il y auroit beaucoup de remarques utiles à faire ſur les ſignes ; mais ces remarques ne ſe trouvent point dans les livres des ſcholaſtiques On en peut dire autant de

Quod idem de enunciatione *judicandum eſt, ubi utiliora prætereuntur, & de* poſſibili *multa & inepta, & obſcura, & nullo modo intelligibilia diſputantur: nimirum, an actus verus mutari poſſit in falſum, & ejuſmodi ſexcenta, quæ ex hoc fonte naſcuntur, quod certe ſibi perſuadent, talem notionem ſatis temporis in animo durare.*

Sequitur ars ſyllogiſtica *eorum, quæ talis eſt, ut ſi quis male ratiocinari velit, nihil aliud legere debeat. Quis enim umquam ſcholaſticorum dum aliquid vel in theologia, vel jure, vel etiam in rebus politicis, & domeſticis ſerio ſcripſit, & diſputavit, ex artis ſuæ regulis id fecit? Quis non potius ingenii celeritate, atque exercitatione argumentum, quo id ipſum effecturus erat, ſine ulla arte invenit? Adde ſyllogiſticam artem non viam ſternere, qua ideas alias & alias perſpicuas & certas adquiramus, recteque judi-*

tout le galimathias des univerſaux, qui n'a d'autre utilité que de faire connoître ſi une propoſition eſt particuliere ou générale, connoiſſance qui peut être donnée dans une page. La partie de la logique, appellée énonciation, eſt dans le même cas; on n'y dit rien d'utile, mais, en récompenſe, on y trouve ſur le *poſſible* beaucoup de choſes abſurdes, obſcures & abſolument inintelligibles; on y examine, par exemple, ſi un acte vrai peut devenir un acte faux, & cent autres queſtions de cette nature, qui ne ſont agitées en auſſi grand nombre, que par la conviction forcée qu'ont ceux qui les agitent; qu'aucune de ces choſes ne mérite une longue attention.

Leur logique n'eſt donc propre qu'à faire mal raiſonner ceux qui en ſuivent les erremens. En effet, quel eſt l'homme parmi les ſcholaſtiques même, qui, ayant à diſcuter & à écrire quelque choſe ſur la théologie, le droit, la politique ou la conduite de la vie, s'amuſe à recourir à la marche ſyllogiſtique? N'eſt-ce point la pénétration d'eſprit & l'habitude de raiſonner qui fourniſſent les moyens les plus propres à établir ce que l'on veut prouver? Ajoutez à cela que la logique

cemus ; ſed perceptiones ipſas, quas habemus, veras, an falſas ? Recte componere docere tantum. At philoſophi eſt novas & perſpicuas cognitiones comparare : nam ex iis, quas habet, colligere, id ſine ulla arte atque ſtudio tam docti, quam indocti faciunt. Immo & ipſi dementes ſine ullis præceptis recte ratiocinantur : illud autem peccant, quod falſa judicia formant, v. g. ſe eſſe reges : at ex his, quæ per errorem judicarunt, natura duce, atque omni arte remota, germanas concluſiones deducunt : nempe, ſe & coli, & obſervari, & regio ſatellitio comitari volunt. Quare unica ars eſt, ideas ordine ponere : quo poſito, conveniant, nec ne, ſine exquiſita illa arte homines intelligunt. Quid ? quod nec ad ſophiſmata detegenda, quod ſcholaſtici frequenter crepant, idonea eſt ars ſyllogiſtica. Nam primum ſi ideas, quibus conſtat ſophiſma, alias ab aliis ſeparamus, conveniant an aliter, facillime cognoſcimus. Deinde in ipſum faciunt ſcholaſtici, cum propoſitiones vel dubias, vel obſcuras diſtingunt : *non enim eas ad ſyllogiſmorum modos revocant, ſed ſejungunt inter ſe, & ſint vere, an aliter dijudicant. Ex quo efficitur, nec eos ſibi conſtare : quippe qui artem ſuam ad cœlum uſque extollentes, tamen ſine ullo ſyllogiſmo, non ſecus*

ac

ne ſert ni à augmenter le nombre des idées claires & certaines que nous pouvons avoir, ni à nous faire bien juger : tout ſon uſage ſe borne à donner une certaine forme à celles que nous avons, ſoit vraies ſoit fauſſes. C'eſt pourtant dans l'acquiſition de notions nouvelles & claires que conſiſte l'objet de la philoſophie ; car, pour ce qui eſt de conclure, ignorant ou ſavant, on le fait tout naturellement. Les foux même tirent des conſéquences juſtes ſans aucuns préceptes de logique. S'ils ſe trompent, c'eſt en ce qu'ils partent d'un faux principe, comme, par exemple, lorſqu'ils s'imaginent être Rois ; mais, ce principe accordé, comme ils ſe l'accordent, on les voit ſans art, & tout naturellement, conclure convenablement, vouloir qu'on leur faſſe la cour, qu'on ait des égards pour eux, & qu'une garde ſoit à leurs côtés. L'art ne conſiſte donc qu'à mettre les idées dans un certain ordre ; cela eſt-il fait ? On voit d'un coup d'œil, ſans qu'il ſoit beſoin de recourir à ſes préceptes, ſi ces idées s'accordent ou ne s'accordent pas entr'elles. La logique enfin ne ſert pas même à découvrir les ſophiſmes, quoique les ſcholaſtiques faſſent ſonner bien haut cet avantage. Dequoi eſt-il

ac alii, ſophiſmata expendunt, & labefactant. Poſtremo quia ſcholaſticorum leges tantum in ſyllogiſmis ſimplicibus locum habent: nam in illis valde complexis, qui plurimis incidentibus, quique terminis obliquis *conſtant, etſi propoſitiones alias & alias exponendo, idque longo circuitu, regulæ locum habere poſſint, tamen in ipſa celeritate diſputandi locum non habent: non enim, qui alios oppugnant, aut ab iis ſe defendunt, eos ad infinitas ſyllogiſticæ regulas ictu oculi exigunt, & expendunt; ſed veri, an falſi ſint, ex aſſiduo diſputandi uſu illico percipiunt. Cumque pleræque omnes ratiocinationes, quibus in rebus aut litterariis, aut domeſticis aliquid conficimus, ſint ſyllogiſmi complexi; manifeſtum eſt ad aliquid recte concludendum nos prædictis figuris non indigere.*

queſtion, ſi ce n'eſt de prendre à part chacune des idées dont le ſophiſme ſe trouve compoſé ? Ne voit-on pas, par ce moyen, ſi ces idées ont ou n'ont pas la convenance néceſſaire ? Que font de plus les ſcholaſtiques, lorſqu'ils diſtinguent les propoſitions douteuſes ou obſcures ? Ils ne ramenent point chacune de ces propoſitions à la forme ſyllogiſtique ; mais ils ſe contentent de les ſéparer, & de voir ſi elles ſont vraies ou non. Surquoi l'on peut dire qu'ils ne ſont point d'accord avec eux-mêmes, puiſqu'ils élevent leur art juſqu'aux cieux, & n'en font cependant aucun uſage, lorſqu'il s'agit de détruire un ſophiſme ; c'eſt ſans uſer d'aucuns ſyllogiſmes, qu'ils y procédent ; & ils n'y mettent pas plus de fineſſe que ceux qui ne connoiſſent pas même de nom la logique. Les régles des ſcholaſtiques ne ſont enfin applicables que dans les ſyllogiſmes ſimples ; car, dans les ſyllogiſmes complexes, & qui ſont compoſés de pluſieurs membres & de termes indirects, quoique l'on pût à la rigueur faire uſage des principes, en expoſant une propoſition, puis une autre, & uſant de longs détours, la promptitude de la diſpute ne le permet en aucune maniere. On ne voit

Mitto inutilitatem, & faſtidium. Quæ enim paucis verbis quotidiano ſermone dicere poſſemus, ea, ſi ad ſyllogiſmos reducuntur, longiſſimam orationem faciunt, & moleſtam: quod Capuccinus perſpicuis exemplis demonſtrat. Concludendum eſt igitur: etſi in omni oratione, qua aliquid efficimus & perſuademus, ſyllogiſtica forma vel aperte, vel obſcure contineatur; tamen ineptum eſt judicare, ſine diſtincta artis ſyllogiſticæ notitia neminem recte ratiocinari poſſe. Quod, exemplo ſane luculento, efficit ille. Po-

point en effet que ceux qui ſoutiennent ou qui attaquent une propoſition, puiſſent dans l'inſtant, &, pour ainſi dire, d'un clin d'œil, voir ſi tous les termes en cadrent avec les régles de la dialectique, dont le nombre eſt preſqu'infini : le jugement ſeul dont l'exercice a rendu plus promptes les opérations, ſert à diſtinguer dans le moment le vrai du faux, & ſe tient lieu de logique. Or, ſi tous les raiſonnemens que nous faiſons, tant en fait de littérature, que dans le maniement de nos affaires domeſtiques, offrent des ſyllogiſmes compoſés, il eſt évident que nous n'avons pas beſoin des formes ſcholaſtiques pour tirer des conſéquences convenables.

Je ne parlerai point, dit notre Capucin, de l'inutilité de ces formes & du dégoût qu'elles entraînent avec elles. Surquoi il prouve ſans replique, par des exemples, qu'en s'aſtreignant à la marche ſyllogiſtique, ce qui auroit pu être dit en quatre mots à la maniere ordinaire, devient d'une prolixité inſupportable : d'où il faut conclure qu'encore que la contexture du ſyllogiſme exiſte, ſoit ſenſiblement, ſoit d'une façon enveloppée, dans tous nos diſcours, il eſt cependant ridi-

teſt tamen ſyllogiſmus interdum utilis eſſe, ſi cum iis res erit, qui ſyllogiſmis recte uti ſciant, ut compendium diſputandi faciant, nec in declamationem evadant : ſed adhibendus eſt modus ne in pueriles ineptias excurramus. Illud autem ſibi perſuadere, ſyllogiſticam incredibile aliquid & exquiſitum eſſe, quod Ariſtoteles eam invenerit, quod majores noſtri probarint, laudibuſque extulerint; atque ex hac præjudicata opinione ita Ariſtoteli adhærere, ejuſque verba amplecti, & interpretari, ut ne latam quidem unguem ab eo diſcedere fas ſit; id quidem non eſt aliis recte ratiocinandi viam ſternere; ſed mentem animi hebetare ne umquam recte judicare, & colligere poſſit. Non enim Ariſtoteles, aut ullus auctor, ſed ratio ipſa eſt conſulenda: & qui talia præcepta tradit, quorum adjumento in omni vitæ parte recte judicemus, & colligamus, is vere logicus & eſt, & dicendus eſſe videtur. Hæc aliaque Capuccinus acerrimo ingenio exponit, & eruditione non vulgari confirmat.

cule de croire que l'on ne peut bien raiſonner, ſi l'on ne connoît point les régles de la dialectique. Les exemples qu'il donne du contraire, ſont frappans. La forme reçue dans l'école, peut cependant avoir quelquefois ſon utilité, ſi l'on diſpute avec des gens qui ſachent s'en ſervir ſans en abuſer ; la diſcuſſion devient moins longue, & l'on évite de ſe perdre dans de vaines déclamations. Mais il ne faut pas pour cela regarder la dialectique comme le chef-d'œuvre de l'eſprit humain, parce que l'invention en eſt due à Ariſtote & parce que nos peres l'ont approuvée, & lui ont donné les plus grands éloges ; auſſi peu faut-il partir de ce préjugé pour s'attacher tellement à Ariſtote, que l'on regarde comme un crime de s'écarter le moins du monde de ſon opinion, & de ne point jurer par ſes paroles. Inſpirer à des éléves une pareille maniere de penſer, ce n'eſt point les former à bien raiſonner, mais leur émouſſer l'eſprit au point de leur gâter le jugement pour toujours ; car ce n'eſt ni à Ariſtote, ni à quelque auteur que ce ſoit, qu'il faut croire, mais à la raiſon. Des préceptes tels qu'ils nous ſervent à juger ſainement, & à raiſonner conſéquemment dans toutes les circonſtances

His ita conſtitutis, germanæ ſe logicæ epitome adumbrare pollicetur, ſi illud primum monuerit, ſe talem lectorem cupere, qui nihil de logica audierit, vel omnino nihil recordetur, modo mentem ab anticipatis iſtis & rudioribus opinionibus liberam habeat. Talis autem eſt logicæ adumbratio.

Homines talem à Deo mentem habuerunt; quæ apta eſſet ut omnia rectè, & perſpicue intelligeret. At primi hominis peccatum tot inter alia, hoc damni adtulit proli ſuæ, ut errori obnoxia eſſet: adeo ut & obſcurius parente cognoſcamus, & multo facilius decipiamur. At cum mens noſtra ad cognoſcendum verum condita fuerit, naturali quadam inclinatione & pondere ad veritatem ipſam fertur: ut ſi veritas ei perſpicua objiciatur, prorſus fieri non poſſit, quin eam cognoſcat. Verum cum altera pœna peccati ſint animi adfectus, qui difficulter menti obtemperant, immo vero mentem veluti invitam ad voluptates corporeas trahunt, &

de la vie, voilà la véritable logique; & celui-là ſeul qui donne ces préceptes, mérite le nom de logicien. Notre Capucin fait encore quelques obſervations; & tout ce qu'il dit pour ſoutenir ce qu'il avance, eſt plein de ſens & d'érudition.

Il s'engage enſuite à donner un abrégé de bonne logique; mais il veut que celui qui s'en ſervira, n'ait aucune connoiſſance de celle de l'école, ou du moins qu'il mette en oubli tout ce qu'il y aura vu, & qu'il ſe dépouille des préjugés groſſiers dont elle fourmille. Voici l'eſquiſſe de dialectique qu'il donne.

Nous avons reçu de Dieu un eſprit propre à concevoir tout avec juſteſſe & clarté; mais, entr'autres malheurs que nous a cauſé le péché de notre premier pere, nous devons compter celui d'être devenus ſujets à l'erreur; nos connoiſſances ſont plus obſcures, & nos mépriſes plus fréquentes. Mais, comme notre ame avoit été créée pour connoître la vérité, elle eſt encore entraînée, par un mouvement qui lui eſt naturel, vers cette même vérité; de ſorte qu'elle l'embraſſe inévitablement, dès qu'elle la voit clairement. La concupiſcence, autre ſuite du péché, eſt encore une ſource d'erreurs pour nous.

à veritate contemplanda deducunt, efficitur ut animus noſter vix aut ne vix quidem ad veritatem oculos retorqueat : proinde fallatur. Hæc omnis erroris, atque omnis falſi eſt origo judicii. Quod ſi mens noſtra ab ideis, atque phantaſia non adeo vehementer agitaretur, perſpicue res ut in ſe ſunt cognoſceret, & ſine ullo errore judicaret. Verum cum tot occurrant in hac vita cauſſæ deceptionis, quæ nos omni ex parte invadunt; minime mirum eſt, ſi homines male judicant, & male judicanda multo deterius ſe gerant. Quare unica hæc medicina graviſſimo & inveterato malo eſt adhibenda, errorum cauſſas cognoſcere, & removere : ut mens noſtra tot hoſtibus libera, recte proinde intelligat, & dijudicet. Sed vero ut efficiamus, neceſſarium eſt noſſe quo modo animus cognoſcit, & quibus adjumentis id ipſum declaret.

Omnino autem certum eſt animum noſtrum nullam natura ſua perceptionem habere, ſed omnia uſu atque tempore adquirere. Id

Bien loin que la raiſon ait ſur elle un empire abſolu, elle entraîne la raiſon vers les plaiſirs des ſens, détourne l'ame de la contemplation, & nous permet à peine de tourner nos regards vers la vérité. Voilà l'origine de toutes nos illuſions & de tous nos faux jugemens. Si les idées & l'imagination avoient moins d'influence ſur notre ame, elle verroit les choſes telles qu'elles ſont, & jugeroit ſainement; Mais tant de ſujets d'erreurs nous environnent de toutes parts dans le cours de la vie, qu'il ne faut pas s'étonner ſi les hommes portent de faux jugemens, &, ce qui en eſt une ſuite, s'ils ſe conduiſent encore plus mal qu'ils ne jugent. Le ſeul reméde contre un mal auſſi grave & auſſi invétéré, conſiſte à connoître les cauſes qui nous induiſent en erreur, & à les écarter, afin que notre ame, délivrée des ennemis qui l'aſſiégent, puiſſe concevoir & juger d'une maniere convenable. Pour y parvenir, il faut s'aſſurer d'abord des moyens par leſquels notre ame conçoit, & de ceux qu'elle employe pour exprimer ſes conceptions.

Il eſt d'abord très-certain que notre ame n'a par elle-même aucune idée, & qu'elle les acquiert toutes par l'uſage &

exemplo infantis plane conficitur, qui nullam rerum, quas non ſenſibus accepit, ideam habet: nec niſi ea cognoſcit, & nominat, quæ aſſiduo audiendi uſu accepit. Non enim qui ideas quaſdam innatas *ſomniant, & obtrudunt, aliquam adducent, quæ ex iis, quæ ſenſuum ope puer accepit, elici non poſſit. Omnia itaque ex ſenſibus, & ideis materialibus duci debent. Illud intereſt, quod aliquæ ideæ per unum ſenſum tantum ingrediuntur, ut idea* ſoliditatis: *aliæ per duos, ut* figura: *aliæ ex ſenſilibus ideis meditatione deducuntur; ut* perceptio, & voluntas, *aliaque. Ad hæc ceteræ nullo negotio revocantur.*

Jam vero mirificam habet facultatem mens noſtra ideas adquirendi, ex aliarum cum aliis ideis comparatione: ſed hæ omnes ad tres claſſes reduci poſſunt, ideam ſubſtantiæ, modi, relationis. *Idea ſubſtantiæ eſt obſcuriſſima; idea autem ſingularum ſubſtantiarum ex ideis adjunctorum omnium componitur: v. g. ſi ideam* cryſtallini, duriſſimi & *conjungimus cum idea illa obſcura, quam putamus hæc omnia ſuſtinere, facimus ideam complexam ſubſtantiæ. Ex*

ſucceſſivement. On le voit dans les enfans qui n'ont point d'idée des choſes dont leurs ſens n'ont pas été affectés, & qui ne connoiſſent & ne nomment que les objets qu'ils ſont accoutumés à entendre nommer. Ceux qui ſoutiennent la chimére des idées innées, n'en peuvent point citer dont on ne puiſſe trouver l'origine dans nos ſenſations. Tout part donc des ſens & des idées matérielles. La différence qu'il y a entre nos idées, c'eſt que les unes nous viennent par un ſeul ſens ; telle eſt l'idée de la ſolidité : d'autres par deux ; telle eſt l'idée de la forme : d'autres, au moyen de la réflexion, ſe forment des idées ſenſibles ; telle eſt l'idée de la perception, de la volonté, &c. Tout le reſte ſe ramene là ſans beaucoup de peine.

Notre ame eſt douée d'une faculté admirable qui ſe fait ſentir dans l'acquiſition que nous faiſons de nouvelles idées par la comparaiſon de pluſieurs idées ; mais toutes ces idées ſe peuvent ranger ſous trois claſſes ; idée de ſubſtance, idée de modification, idée de rapport. L'idée de ſubſtance eſt très-obſcure ; quant à celle des ſubſtances particulieres, elle ſe forme des idées de toutes les parties qui entrent dans leur compoſition : par exemple, ſi nous

quo conſequitur, tam claram nos habere ideam corporis, *quam* ſpiritus. *Modi ſeu accidentia ſubſtantiæ vel ſunt ſimplices, ut* decem, duodecim; *vel complexi ex aliis modis, ut idea* pulchritudinis, amicitiæ, *&c. Hæ ideæ plerumque uſu hominum comparantur, poſſunt tamen meditatione comparari. Porro* relatio *eſt idea, quam elicio dum unum cum alio comparo: v. g. ſi Petrum ad uxorem refero, facio ideam* mariti, *quæ eſt relativa. Hæ ideæ plerumque clariores ſunt, quam ideæ rerum, ex quibus relatio naſcitur: clarius enim intelligo quid ſit* maritus, *quam quid ſit* Petrus. *Relationes itaque ex ideis ſimplicibus componuntur, quod ipſum longiorem explicationem requirit.*

Hinc facile conſtat, ideas omnes vel eſſe

joignons l'idée de la tranſparence & de la dureté qui ſe trouve dans le cryſtal, à l'idée obſcure de ce que nous croyons néceſſaire à tous les êtres pour exiſter, nous nous formons une idée complexe de la ſubſtance. D'où il ſuit que l'idée que nous avons des corps, eſt auſſi claire que celle que nous avons de l'eſprit. Les modes ou accidens de la ſubſtance ſont ou ſimples comme l'idée de la modification numérique *dix*, *douze*, ou compoſés d'autres modes comme l'idée de *la beauté*, de *l'amitié*, &c. Ces idées viennent par la fréquentation des autres hommes ; on peut cependant s'élever juſqu'à elles par la réflexion. Le rapport eſt une idée qui ſe forme de la comparaiſon d'un être avec un autre : par exemple, ſi j'enviſage *Pierre* en ſongeant à *ſa femme*, j'acquiers l'idée de *mari*, qui eſt une idée relative. Ces idées ſont pour l'ordinaire plus claires que celles des ſujets qui ont ſervi à ſe les former. Je conçois en effet beaucoup mieux ce que c'eſt que la qualité de mari, que je ne conçois ce que c'eſt que Pierre. Les idées de rapport ſont donc compoſées d'idées ſimples ; ce qui demande à être développé plus au long.

On voit, par ce qui vient d'être dit,

ſimplices, vel compoſitas; adventitias, vel factitias. Hæ iterum in claras, & confuſas; adæquatas, & inadæquatas; veras, & chimericas; ſingulares, vel particulares partiri ſolent. Harum vero celeberrimæ ſunt univerſales, quas animus facit dum res contemplatur, quæ ſimile aliquid habent, omiſſis iis, in quibus ſimiles non ſunt: v. g. ſunt aliquæ triangulorum claſſes: at ſi mens conſiderat omnes in hoc ſimlies eſſe, quod tres angulos habeant, elicit ideam univerſalem trianguli. *Hæ ideæ quinque nominibus à logicis diſtingui ſolent; quorum ſignificata noſſe ſat eſt. Nam, quæ hiſce nominibus diſputare ſolent logici vulgares, & inutilia ſunt, & falſa: & ex hoc fonte proficiſcitur, quod ſibi perſuadent, ſeſe rerum eſſentias cognitas habere: quod falſum eſt.*

Ideas autem nos per voces declarare ſolemus, & cum aliis communicare: quod non natura ſua habent voce, ſed ab hominum voluntate. Quoniam autem fieri non poterat ut res omnes ſingulis nominibus diſtingueremus,

que toutes les idées ſont ſimples ou compoſées d'acquiſition ou de formation. On les diviſe enſuite en claires & en confuſes, en entieres ou partielles, en vraies & en chimériques, & en particulieres ou ſpéciales. Les plus remarquables ſont les univerſelles ; l'eſprit ſe les forme en contemplant les objets par ce qu'ils ont de commun, & en faiſant abſtraction de ce qu'ils ont de différent. Il y a, par exemple, diverſes eſpéces de triangles ; que l'eſprit ne les conſidére que par la propriété d'avoir trois angles qui leur eſt commune, il acquiert l'idée univerſelle du triangle. Les logiciens ont partagé ces idées en cinq claſſes, à chacune deſquelles ils ont donné une dénomination ; il ſuffit d'en entendre la ſignification, les diſputes en uſage dans l'école ſur ces différens noms, étant inutiles & illuſoires ; les logiciens ordinaires ne ſe livrent que dans la perſuaſion où ils ſont que l'eſſence des choſes leur eſt connue, ce qui eſt faux.

Nous nous ſervons de mots pour exprimer nos idées, & les communiquer aux autres ; ces mots ne ſont point, par eux-mêmes, les ſignes repréſentatifs de nos concepts ; & ce n'eſt qu'en conſé-

mus, oportuit ut pleraque nomina eſſent univerſalia, & ſignificarent ideas generales: itemque oportuit ut modos ſimplices, ut relationes, & id genus alia ſignificarent: quod quomodo fieri diſtinctius ſcire eſt operæ pretium. Interdum vero nomina ſunt dubia, quod ideas valde complexas ſignificant. Interdum homines verbis utuntur, quæ certam rem non ſignificant, vel obſcuriſſimam ſignificant: quæ vitia noſſe neceſſarium eſt, ut à philoſopho, qui perſpicuitatem loquendi amat, vitari poſſint. Hactenus de perceptione.

Altera mentis operatio eſt cognitio, qua percipit duas ideas convenire, vel aliter, quæ vocatur judicium; etſi verbis declaratur, enuntiatio & propoſitio. *Si mens certo cognoſcit ideas convenire, dicitur judicium* adfirmativum: *ſi non convenire*, negativum. *Sit autem unum vel aliud, non ex verbis, ſed ex ſenſu dignoſcitur. Plurima enim, quæ adfirmativa primo adſpectu videntur, ſi recte expenduntur, ſunt negativa. Porro judi-*

quence d'une convention qu'ils le deviennent. Dans l'impoſſibilité où les hommes ſe ſont trouvés de donner à chaque choſe un nom particulier, il a fallu en raſſembler pluſieurs ſous un nom générique qui dès-lors réveille une idée générale ; il a fallu de même des mots qui repréſentaſſent les modes ſimples, les rapports, &c. Les moyens d'empêcher la confuſion des idées, méritent d'être recherchés. Il y a des noms dont la ſignification eſt douteuſe, parce qu'ils réveillent des idées très-complexes ; il y en a d'autres qui ne réveillent l'idée que d'objets indéterminés ou peu connus. Ce ſont autant de vices du langage qu'il faut connoître pour les éviter dans la diſcuſſion philoſophique où l'on ne ſauroit trop s'attacher à être clair. Voilà tout ce qu'il dit ſur la perception.

Il y a une autre opération de l'ame, qui lui ſert à connoître la diſſonance qui ſe trouve ou ne ſe trouve pas entre deux idées. C'eſt ce que l'on appelle le jugement. Lorſque ſes arrêts ſe manifeſtent, ils prennent le nom d'*aſſertion*, de *propoſition*. Si l'ame apperçoit de la convenance entre deux idées, le jugement qu'elle porte eſt *affirmatif* ; ſi elle y apperçoit de la diſconvenance, il eſt *néga-*

cium vel nomen explicat, & dicitur nominale; *vel res, & eſt* reale; *vel ideas animi, &* ideale *vocatur. Hæc itaque quod homines plane non intelligunt, nec explorant, plerique omnes errores inde naſcuntur. Nam major pars decertationum ex hoc fonte ducitur, quod definitiones nominum male intelligimus: quod plane non adſequimur ideas aliorum, præſertim veterum ſcriptorum: quod iis tribuamus ea, de quibus ne per ſomnium quidem cogitarunt: quod nobis perſuadeamus definitiones reales plane res ipſas exponere: adeoque ex his opinionibus philoſophantes vel erramus, vel ſine ullo fine diſputamus. Et hic obiter eſt notandum, falſo ſcholaſticos adſeverare, definitionem in ſimplici perceptione ſine ulla adfirmatione conſiſtere poſſe: quod nemo ſane mentis dixerit. Sunt præterea judicia ſimplicia, & compoſita; ſingularia, & univerſalia: quæ ex ſubjecto propoſitionis qualia ſint cognoſci poſſunt. Item judicia vera, & falſa. Quæ ut diſtinguamus, criterium veritatis noſſe neceſſarium eſt. Et hic de ſingulis evidentiæ gradibus diſputari poteſt. Cetera uſu diſcuntur.*

tif ; mais, pour ſavoir de quelle nature eſt ce jugement, ce n'eſt point aux mots qu'il faut s'arrêter ; c'eſt au ſens. Pluſieurs propoſitions paroiſſent affirmatives au premier coup d'œil, qui, bien examinées, ſe trouvent être négatives. Ou le jugement roule ſur l'explication d'une dénomination, & alors il s'appelle *nominal ;* ou il roule ſur les choſes, & alors il s'appelle *réel* ; ou il roule ſur les idées, & il s'appelle *idéal*. La plûpart des erreurs viennent de ce que l'on ne connoît point ces différences, & que l'on néglige d'approfondir les raiſons qui en appuyent la néceſſité ; car l'on diſpute le plus ſouvent, parce que l'on n'entend pas les définitions de mots ; parce qu'on ne ſaiſit point les idées des autres, & ſur-tout celles des anciens ; parce qu'on veut qu'ils aient penſé ce même à quoi ils n'ont jamais ſongé ; & enfin parce qu'on s'imagine que les définitions des choſes en repréſentent l'être réel. On part de toutes ces ſuppoſitions, on croit philoſopher, & l'on diſpute ſans fin ; ſur quoi il eſt à propos de remarquer que les ſcholaſtiques ſoutiennent ſans fondement que la définition peut ſe trouver dans la perception ſimple, ſans qu'il ſoit beſoin d'affirmation ; ce qu'on ne peut

Hæ ſunt operationes mentis natura diffe-rentes. Verum aliquando animus ideas or-dine ponens, poſtquam cognovit primam ſe-cundæ convenire, hanc tertiæ, tertiam quar-tæ, hanc demum quintæ &c. ad extremum judicat, primam ultimæ convenire. Hæc autem progreſſio vocatur ratiocinatio, *ſeu* diſcuſſus: *& hoc ultimum judicium* conclu-ſio. *Itaque poteſt concluſio eſſe bona, & ta-men eſſe falſa, ſi altera ex propoſitionibus, quæ præcedunt, ſit falſa: tunc autem vera erit, ſi propoſitiones omnes veræ ſint. Opor-tet igitur recte judicare, ut recte concludere queamus. Id ut faciamus neceſſe eſt cauſſas, quæ nos male judicare cogunt, & in errores inducunt, exploratas habere.*

dire ſans renoncer à l'apparence de la raiſon. Il y a entre cela des jugemens ſimples & des jugemens compoſés ; il y en a de partiels & de généraux. Le ſujet de la propoſition ſert à diſtinguer leur nature. Il y a des jugemens vrais, il y en a de faux ; le ſeul moyen de les demêler eſt de connoître les caractéres de la vérité, & de s'en procurer une eſpéce de pierre de touche. Ce *criterium* conſiſte dans la connoiſſance des différens dégrés d'évidence. Le reſte s'apprend par l'uſage.

Telles ſont les opérations de l'ame. Quelquefois, dans l'arrangement des idées, lorſque l'eſprit apperçoit la convenance de la ſeconde idée avec la premiere, de la troiſieme avec la ſeconde &c., il conclut la convenance de la derniere avec la premiere. Cette progreſſion s'appelle *raiſonnement* ou *diſcuſſion*, & cette ſorte de jugement *concluſion*. Une concluſion peut être dans les régles, & cependant être fauſſe, ſi une des propoſitions antécédentes n'eſt pas vraie ; elle ſera vraie, ſi toutes les propoſitions antécédentes ne renferment aucune fauſſe aſſertion. Il faut donc bien juger pour bien conclure. On doit, dans cette vûe, s'appliquer à connoître les cauſes des faux

Præcipua errorum cauſſa eſt ſenſuum imperfectio, qui pleraque obſcuræ repræſentantes frequentem occaſionem præbent errandi, præſertim in phyſicis rebus. Putamus, v. g. levitatem, aſperitatem, odorem, ſaporem *in objecta re eſſe, cum tamen nihil ſint aliud, quam ſenſuum, ac animi adſectiones. Altera cauſſa erroris ſunt hypotheſes, quas cogitamus explicandorum effectuum cauſſa. Cum enim aliquid probabiliter explicatum videtur, id ſine ulla dubitatione defendimus eſſe verum. Ideæ itidem abſtractæ plurimos fallunt, qui putant exſtare res ipſas, quæ per abſtractionem percipiuntur. Propterea diverſos effectus diverſis cauſſis aliquando tribuimus, non animadvertentes, eamdem cauſſam plurima, & diverſa efficere poſſe. Ex quo plurimi errores in phyſica, & medicina. Tertia erroris cauſſa ſunt verba ipſa, quibus non omnes eaſdem ideas ſubjiciunt. Exemplo ſint vocabula,* Deus, animus, ſpiritus, angelus *&c. quæ aliud & aliud apud differentes gentes ſignificant. Item nomina moralia, ut* virtus, vitium, pietas, juſtitia, ſanctitas, *cetera, quæ aliud apud gentiles, aliud apud noſtros declarant. Item* navis, tritemis, *& ejuſmodi alia. Quæ proinde recte exponenda ſunt antequam de*

jugemens, & ce qui induit en erreur.

L'imperfection de nos ſens eſt la principale ſource de nos erreurs ; nous ne voyons les objets qu'obſcurement par leur entremiſe, ce qui nous expoſe fort ſouvent à nous tromper, ſur-tout dans les choſes de phyſique. Nous croyons, par exemple, que la légéreté, la rudeſſe, l'odeur, la ſaveur, ſont dans les objets, tandis que tout cela n'exiſte que dans nos ſenſations, & que dans la maniere dont notre ame eſt affectée. Les hypothéſes que nous inventons pour expliquer les effets naturels, ſont une autre ſource d'erreur. Dès qu'un ſyſtême a ſeulement l'air de la probabilité, nous ne balançons point à le ſoutenir auſſi opiniâtrement que s'il étoit l'archetype des choſes, & le fondement de leur réalité. De plus, où nous voyons divers effets, nous ſuppoſons diverſes cauſes, faute de faire attention qu'une même cauſe peut produire pluſieurs effets divers. Nombre de mépriſes & de phyſique & de medécine viennent de là. Les mots auxquels on n'attache pas généralement la même idée, ſervent encore à nous tromper; tels ſont les mots *Dieu*, *ame*, *eſprit*, *ange* &c., qui ſignifient différentes choſes chez différens peuples. Tels ſont les

rebus, quæ ſignificant judicemus. Quarta cauſſa ſunt animi motus, qui ita rationem obnubilant, & veluti invitam in utramque partem agunt, ut nihil recte dijudicet. Qui enim vel amore vel odio aguntur; vix res prout ſunt cognoſcunt: iccirco falluntur.

Jam vero ad veritatem inveſtigandam ſatis non eſt errores cognoſcere, ſed oportet eos vitare: vitare autem multo facilius poterimus ſi ideas in ordinem reduxerimus, ut ſine ullo labore, conveniant, aut ſecus, dijudicare poſſimus. Hic autem ordo vocatur methodus. *Porro methodus vel eſt* analytica, *vel* ſyntetica. *De quibus antequam diſſerit, monet, nobis ignotam eſſe naturam* corporis, ſpiritus, formarum, & idearum. *His cognitis triplex de re omni agitari quæſtio ſolet.* 1. *Dato adtributo, quæritur, quale ſubjectum ei conveniat:* 2. *poſito ſubjecto, inveſtigatur, quodnam ſit adtributum:*

mots moraux *vertu*, *vice*, *piété*, *juſtice*, *ſainteté*, qui repréſentoient pour les Payens des ſujets différens de ceux qu'ils repréſentent chez nous. Tels ſont les mots *navis*, *triremis*, & autres ſemblables dont il faut s'attacher à bien fixer le ſens, avant que de porter aucun jugement ſur les choſes dont ils ſont les ſignes repréſentatifs. Nos paſſions enfin offuſquent tellement notre raiſon, qu'elles entraînent tantôt d'un côté, tantôt d'un autre, que nous ne pouvons guére juger ſainement. Dans l'amour & dans la haine, qui voit les objets tels qu'ils ſont, & qui n'eſt pas conſéquemment dans le cas de ſe tromper?

Lorſqu'on ſe livre à la recherche de la vérité, il ne ſuffit pas de voir d'où vient l'erreur; il faut encore éviter d'y tomber. Un des moyens les plus ſûrs conſiſte à mettre tant d'ordre dans nos idées, que nous puiſſions voir ſans peine ſi elles ſont ſuſceptibles de cohérence ou non. Cette maniere de les arranger, eſt ce qu'on appelle la *méthode*. Il y a deux eſpéces de méthodes, l'analytique & la ſynthatique. Avant de parler de l'une ni de l'autre, notre Capucin nous avertit que nous ignorons abſolument la nature des corps, de l'eſprit, des formes & des idées. Après

3. *poſito & ſubjecto, & adtributo, conſentiant, an aliter, diſquiritur Horum autem ſolutio ex triplici fonte duci debet*, ratione, experientia, & auctorum teſtimonio. *His ſubjungit leges methodi analyticæ, & ſyntheticæ, breviter, atque ordine.*

Sequitur methodus & ratio diſputandi. Opponens non verbis, non ſophiſmatibus diſceptare debet, ſed clariſſimis rationibus. Syllogiſmo interdum uti poteſt : interdum vero ſine ſyllogiſmis, ſed brevi dialogo facilius rem totam expediet. Eadem methodo utatur reſpondens, ſed uloque caveat ne obſcura verba & propoſitiones intricatas admittat : ſed cum eas audierit, accurate exponat : ſic facile & nullo labore ſophiſmata diluuntur.

cette obſervation, il dit que toutes les queſtions ſur un être quelconque ſe réduiſent à trois cas. Celui où, connoiſſant un attribut, on cherche le ſujet auquel il convient; celui où, connoiſſant un ſujet, on cherche quel en eſt l'attribut; & celui où, connoiſſant & un ſujet & un attribut, on examine ſi leur union n'a rien qui répugne. La raiſon, l'expérience & le témoignage des auteurs, offrent les moyens de s'aſſurer de la vérité. Une expoſition courte & méthodique des régles de la ſynthéſe & de l'analyſe termine cet article.

La méthode qu'il faut ſuivre dans la diſpute vient après. Notre auteur ne veut point que l'attaquant chicane ſur les mots, ni qu'il uſe de ſophiſmes; mais qu'il faſſe des objections claires. Il employera quelquefois la forme ſyllogiſtique; quelquefois il la quittera, & traitera le ſujet du ton dont on a coutume de converſer. Le ſoutenant ſe conduira de même, évitera toute obſcurité dans les termes, & ne ſe permettra aucune propoſition embrouillée. Il commencera par bien s'entendre; après quoi, tous ſes efforts doivent tendre à s'exprimer en termes précis & individuels. De cette maniere, on ne donne point de priſe au ſophiſme, & l'on

Hæc logicæ epitoma eſt, quæ ad recte in omni vitæ parte judicandum, & ratiocinandum neceſſaria eſſe videtur: quod ſine ulla hæſitatione doctiores probabunt. Illud difficilius conſtituere, quæ nam ex iis, quæ circumferuntur, omnibus ſuis numeris abſoluta dicetur. Huic quæſtioni tali modo reſpondet Capuccinus: nullam ſe adhuc vidiſſe, quæ ex omni parte perfecta haberi poſſit: licet ex ſingulis utilia præcepta ſumi poſſint. Ingenue tamen fatetur, ſibi amicum quemdam dixiſſe, offendiſſe ſe philoſophum, qui talem logicam, qualem Capuccinus deſiderabat, ſcriptam haberet. Cujus methodum ipſe audiens, & conſiderans, non erubeſcere confiteri, eam meliorem adhuc eſſe epitoma logicæ, quam ipſe Capuccinus tradidiſſet: quæ ſi tironum commodo emittatur, ut auctor ſe facturum eſſe dicebat, nihil amplius eſſet deſiderandum. Et de logica hucuſque.

IX. Venio ad nonam epiſtolam, quæ prima ſecundi voluminis eſt. Hæc in metaphyſica *veteri explodenda occupatur tota. Nam cum Conimbricenſis doctor Capuccinum rogaſſet, ut poſt logicam de metaphyſica in-*

vient facilement à bout de le détruire.

Telle eſt la logique qui paroît néceſſaire à notre auteur, pour parvenir à bien juger & à bien raiſonner dans toutes les circonſtances de la vie ; & il y a tout à croire que les perſonnes éclairées ſeront de ſon avis. Il eſt un peu plus difficile de décider quel eſt le meilleur traité de dialectique. Notre Capucin dit nettement qu'il n'en connoît aucun qui ne laiſſe rien à déſirer, quoiqu'il y ait de fort bonnes choſes à prendre dans tous les ouvrages qui ont paru ſur cette matiere. Il avoue ingénument qu'un de ſes amis lui a dit avoir vu une logique dreſſée ſelon l'idée qu'il s'eſt formée d'un ouvrage parfait en ce genre, & que, ſur l'expoſition que lui en a fait ſon ami, il la préfére à l'abrégé qu'il vient lui-même de donner dans ſa lettre. Rien, ajoute-t-il, ne ſera plus heureux pour les commençans, que de voir paroître ce traité, dont l'auteur fait eſpérer la publication. C'eſt par là qu'il finit ce qu'il dit ſur la logique.

IX. Je viens à ſa neuvieme lettre, qui eſt la premiere du ſecond volume. Il y raille d'un bout à l'autre la vieille métaphyſique. A la ſollicitation du docteur de Coimbre, qui l'avoit prié de parler de

tentionali, id eſt de ontologia diſputaſſet; idque ut morem gereret confratri doctoris, qui de iis plane doceri vellet, noſter ut cum nonnullis opinionibus vero philoſopho non dignis liberaret, aperte oſtendit, quam parum utilitatis ex hac metaphyſicæ parte capi poſſit.

Primo igitur metaphyſicæ hiſtoriam tangit, docens, tale nomen ab Tyrannione, & Andronico inventum videri: quod poſteriores, præſertim ſcholaſtici, tamquam aliquid mirabile accipientes, remque minime veſtigantes, exiſtimarunt, quidquid de ideis abſtractis dicitur, metaphyſicam nominari debere: quod etiam Carteſiani, & Gaſſendiani, ut temporibus ſervirent, facere coacti ſunt. At noſter rem ſine ullo præjudicio conſiderans, declarat, metaphyſicam intentionalem *ſeu ontologiam, reapſe eſſe partem logicæ; metaphyſicam vero* realem, *id eſt pneumatologiam, partem aliquam phyſicæ: quod ut efficiat, ſingulas percenſet, & exponit primæ metaphyſicæ partes quod & nos, ne* inquit, & ait *toties repetatur, ejuſdem verbis, ſed brevius, faciemus.*

Scholaſtici

de l'ontologie, après avoir parlé de la logique, & de vouloir bien donner quelques leçons à un de ſes freres, il commence par montrer le peu d'utilité dont peut être une pareille étude. L'importance qu'on y attache eſt un des premiers préjugés dont il s'efforce de guérir celui qui le conſulte.

Il trace d'abord rapidement l'hiſtoire de la métaphyſique. Ce nom lui fut donné par Tyrannion & par Andronic ; ceux qui vinrent après eux, & ſur-tout les ſcholaſtiques, y trouverent quelque choſe de ſi admirable, que, ſans ſe permettre le moindre examen, ils crurent que ce nom devoit être conſacré à tout ce qui avoit pour objet les idées abſtraites. Forcés de ſacrifier à l'uſage, les Gaſſendiſtes & les Cartéſiens ſe conduiſirent de même, Notre Capucin examinant la choſe ſans prévention, dit que la métaphyſique qui traite de l'ontologie, n'eſt qu'une partie de la logique. Quant à la métaphyſique réelle, c'eſt-à-dire, la pneumatologie, elle fait en quelque ſorte partie de la phyſique. Pour le prouver, il examine ces deux branches l'une après l'autre, & commence par l'ontologie. Je me ſervirai de ſes propres termes, que je ne ferai qu'abré-

Scholaſtici qui meliori ordine rem explicant metaphyſicam ſuam ab univerſalibus *deducunt, quæ doceant, quo pacto univerſales ideæ, de quibus ipſa explicat, excogitari, & fieri poſſint. De iis vero jam in logica diximus. Quæ plurima ſcholaſtici de* præciſionibus *conglobant, nihil utilitatis ultra habent præter quam oſtendere, mentem noſtram poſſe plures ideas ita cognoſcere, quaſi una eſſet, præciſis ſeu non cognitis differentiis. Hæc vero uno tantum paragrapho abunde explicari poſſunt. At ſcholaſtici* præciſiones *pro fine ponentes, tot addunt & inſtituunt quæſtiones ſubtiles & acutas, ut æternum diſputare coacti ſint, quin umquam intelligant, nihil inde utilitatis deduci. Reapſe vero de vocibus contentio eſt. Nam qui aiunt, dari* præciſiones objectivas, *qui* præciſiones formales, *qui cetera, vel idem dicunt, ſi ſe explicant; vel ſi aliud omnino dicunt, dementes ſunt. Mens enim noſtra nihil aliud facit, quam rem objectam cognoſcere: ad ſummum conſiderare poteſt proprietates, in quibus res ſimiles ſunt, omiſſis rationibus differendi. Non tamen* animal *à* rationali; *non ſpeciem illius ab ſpecie iſtius, re ipſa ſejungit.*

ger. J'éviterai par-là de répéter ces mots *il dit*, *il avance*.

Ceux des ſcholaſtiques qui s'approchent le plus de la bonne voie, tirent leur métaphyſique des univerſaux dont la connoiſſance apprend comment les idées univerſelles, qui ſont l'objet de la métaphyſique, s'engendrent chez nous. J'en ai déjà parlé dans la logique. Il n'y a d'autre utilité à retirer de tout ce qui ſe dit dans l'école, ſur ce qu'on y appelle *abſtractions*, que d'apprendre que notre eſprit eſt capable de raſſembler pluſieurs ſujets ſous une ſeule idée, en ne faiſant point attention aux différences qui ſe trouvent entr'eux. Un paragraphe ſuffit pour faire connoître ce qui a rapport à cette opération intellectuelle. Mais les ſcholaſtiques, faiſant des abſtractions le terme de leurs recherches, entaſſent queſtions ſur queſtions, & ſubtilités ſur ſubtilités, au point que la diſpute ne peut plus avoir de bornes. Ne verront-ils jamais qu'il ne peut réſulter aucun avantage de toutes ces vaines criailleries ? En effet, qu'eſt-ce autre choſe qu'une querelle de mots ? Soutenir d'un côté qu'*il y a des objections objectives*, & de l'autre, qu'*il y a des abſtractions formelles*, c'eſt dire la même choſe, ſi l'on

Neque enim corpus ſentit, ut ipſi tamquam certum ponunt : ſed mens & ſentit, & intelligit : quæ tamen, cum tacitus à longe homo ambulat, ſpecies non mittit ad oculos. Hoc remoto infirmo fundamento, cetera, quæ in eo fundantur, omnia ſe ipſis corruunt.

Id ipſum de univerſalibus in ſpecie *eſt dicendum : quæ ex axiomatis falſis, vel dubiis derivantur. Exempli gratia. Exploratum non eſt, an belluæ aliquo ratiocinationis genere utantur : immo non Baſilius modo, & Lactantius, aliique veteres, ſed etiam recentiores philoſophi graviſſimi eos argumentando colligere, non pœnitendis argumentis demonſtrant. Exploratum igitur non eſt*, an rationale ſit differentia. *Idem de* animali *dicendum eſt : propterea quod animus noſter, qui eſt ſpiritus, id eſt non*

veut s'entendre, ou, ſi l'on ne peut s'accorder, c'eſt avoir perdu le ſens : car notre eſprit ne fait autre choſe que percevoir les objets, & enſuite peut conſidérer les propriétés par où ils ſe reſſemblent, en laiſſant de côté celles par où ils différent. Mais il ne s'enſuit pas de-là que nous ſéparions de fait, & réellement, l'animal du raiſonnable, ni l'eſpéce de l'un de l'eſpéce de l'autre. Ce n'eſt point dans le corps qu'eſt le ſentiment ; comme ils le ſoutiennent ; c'eſt l'ame qui ſent & qui conçoit ; mais, malgré cela, lorſqu'un homme ſe promene, ce n'eſt pas l'ame qui envoie les objets ſe peindre dans ſa rétine. Ce fondement renverſé, tout ce qu'ils élevent deſſus, croule de ſoi-même.

On en peut dire autant des univerſaux dans l'eſpéce. Tout ce qu'ils avancent à cet égard, poſe ſur des axiomes faux ou douteux. Par exemple, il n'eſt pas encore décidé ſi les bêtes n'ont pas une ſorte de raiſon ; non-ſeulement ſaint Baſile, Lactance & pluſieurs anciens, mais des philoſophes modernes, dont l'opinion eſt du plus grand poids, ont établi, par des raiſonnemens aſſez forts, qu'elles tirent des conſéquences qui ſuppoſent l'emploi de propoſitions antécédentes. Il n'eſt donc

corpus, ſentit & in corpore, & extra : dæmones ſentiunt pœnas. Ergo. Itaque de 5. ſpeciebus *incerta pleraque : iccirco eorum nomina adtingere ſatis eſt.*

Alteram diſputationem faciunt diviſiones entis, *ſed inutiliter admodum. Satis enim eſt oculos in arborem Purchotianam v. g. à Brixia emendatam conjicere, ut intelligamus, quomodo ens dividatur : reliqua omnino inutilia. In quo illud interea eſt notandum, non omnia entia in arbore illa percenſeri.* Vacuum *enim eſt ens reale, non fictum ; & tamen in ea deſideratur. Sed eos audiamus.*

Principio dividunt ens in reale, & fictum. *De reali mirificas proprietates numerant*, unitatem, veritatem, bonitatem : *de quibus dicunt tam inepta, tamque inutilia, ut nihil utilius cogitari poſſit : cujus*

pas demontré que la faculté de raiſonner établiſſe véritablement la différence. Il en faut dire autant de l'*animal* ; notre ame, qui eſt un eſprit, c'eſt-à-dire, qui eſt incorporelle, ſent dans le corps & hors du corps ; or les démons ſentent des peines, &c. On voit la conſéquence que l'on peut tirer ; d'où il ſuit que la prétendue ſéparation des êtres en cinq eſpéces n'exiſte pas de maniere à ne pouvoir être révoquée en doute. Il ſuffira donc de connoître les dénominations de ces différentes claſſes.

Les diviſions de l'être forment un autre ſujet de diſpute auſſi inutile. On peut ſe contenter de jetter les yeux ſur l'arbre de Purchot, corrigé par Brixia, on ſaura tout ce qu'il faut ſavoir ſur la maniere dont l'être ſe diviſe. Encore peut-on remarquer que tous les êtres ne ſont pas contenus dans cet arbre ; on n'y trouve point le *vuide*, & le vuide cependant n'eſt point un être imaginaire, mais réel. Mais écoutons-les parler.

Ils diviſent d'abord l'être en *réel* & en *imaginaire*. Ils attribuent à l'être réel des propriétés merveilleuſes ; il eſt en poſſeſſion de l'unité, de la vérité, de la bonté, & ils diſent tant de ſottiſes & d'inutilités

hæc ſumma ſubducitur : unum non eſſe duo : verum Petrum non eſſe equum : bonum ens illud eſſe cui nihil deficit. *Quis autem ſane mentis hæc, vel nullo monente, nullo explicante, non intelligat ? Itaque vero horum explicatio eſt, nihil explicare.*

Sequitur ens fictum ; *de quo tam multa quærunt & diſputant ſcholaſtici, ut credi vix poſſit. Legat, qui dubitat, ineptias omnes, quas Comptonus de eo quærit, & explicat : [eas enumerat Capuccinus] & dubitabit fortaſſe, an dementi, an furioſo tot in mentem deliria venire potuerint. Cum ſatis fuerit monere*, ens rationis *eſſe quid fictum.*

Conſequitur diſputatio de ente poſitivo ; & negativo ; divino, & creato : *in quibus quot inutilia diſputantur, noſter ponit ob oculos. Illud autem contendit, ſcholaſticos, cum quærunt*, utrum ratio entis ſit univoca

ſur tout cela, que c'eſt temps perdu que de les lire, puiſqu'on n'en retire d'autre fruit que de ſavoir : *qu'un n'eſt pas deux*, *que le vrai Pierre n'eſt point un cheval*, & *que l'être parfait eſt celui auquel il ne manque rien pour exiſter*. Mais quel eſt l'homme, pourvu tout ſimplement du ſens commun, qui ait beſoin de maître pour faire la découverte de ces ſublimes vérités ? Leur explication ſe réduit donc à ne rien expliquer.

L'être *feint*, l'être imaginaire, l'être de raiſon paroît à ſon tour ſur les rangs. On ne ſauroit croire à combien de recherches & de diſputes il fournit matiere. Ceux qui en douteroient, n'ont qu'à lire toutes les platitudes de Compton, & ils finiront par être tentés de croire que c'eſt l'ouvrage d'un homme qui avoit perdu l'eſprit, ou qui étoit dans un accès de fiévre chaude. Il n'étoit cependant queſtion que de dire tout ſimplement que *l'être de raiſon eſt un être ſuppoſé*. Notre Capucin fait l'énumération des futilités de Compton.

La diſpute ſur l'être poſitif & ſur l'être négatif, ſur l'être divin & ſur l'être créé, vient enſuite. Notre Capucin donne encore la liſte des ſottiſes qu'on a dites là-deſſus, & il ſoutient que les ſcholaſtiques

Deo & creat : utrum tranſcendat differentias : *quid ſibi velint, non intelligere. Illud etiam monet, plurima eos diſputare de* poſſibilitate & actualitate entis : *quæ ex hoc capite naſcuntur, quod pro certo ponunt,* poſſibilia quoddam eſſe habere diſtinctum ab omnipotentia. *Quod ſi plane intelligerent, quid ſignificet*, eſſe poſſibile, *profecto temperarent ab his ineptiis.*

Quarta diviſio eſt in ſpiritum, *&* corpus. *In quo illud animadverſione dignum eſt, eos de rebus metaphyſicis laborare multum : & ſine nullo ſine altercari inter ſe de* poſſibilitate *quorumdam ſpirituum, veluti :* an ſit poſſibilis ſpiritus volens non intelligens : *vel è contrario : quæ omnia aliaque multa poſſibilia eſſe, quaſi teſtes oculati adſeverant. De exponenda vero natura ſpiritus, quod erat caput controverſiæ, & omnino neceſſarium refutandis Epicureis, Spinoziſtis, Hobbeſianis, aliiſque impiis, qui vel apertius, vel obſcurius contendunt,* materiam intelligere eſſe aptam ; *&*, *quod inde ſit conſequens*, ſpiritum nullum eſſe ; *ne cogitant quidem : quaſi nullum damnum hæ*

ont parlé un langage inintelligible pour eux-mêmes, lorſqu'ils ont mis en queſtion *ſi la raiſon de l'être eſt univoque avec Dieu, & créée ; ſi elle s'éleve au-deſſus des differences.* Il avertit encore qu'ils diſputent à perte d'haleine ſur *la poſſibilité & l'actualité de l'être*, & cela parce qu'ils partent, comme d'un principe certain, de l'idée que *les poſſibles ont une certaine nature d'être, diſtincte de la toute-puiſſance.* S'ils comprenoient bien clairement ce que ſignifient ces mots *être poſſible*, ils s'épargneroient bien des fadaiſes.

La quatrieme diviſion de l'être eſt en *eſprit* & en *corps.* On ſeroit porté à croire que les ſujets de diſcuſſion métaphyſique leur manquent à voir l'acharnement avec lequel ils diſputent ſur la poſſibilité de certaines natures d'eſprit. Ils ſe tourmentent par exemple beaucoup pour ſavoir s'*il eſt poſſible qu'il exiſte un eſprit capable de volonté, mais privé d'intelligence, ou capable d'intelligence & dépourvu de volonté* ; & ils aſſurent la poſſibilité de ces êtres & de beaucoup d'autres, comme ſi le moule en étoit entre leurs mains. Mais gardez-vous bien de penſer qu'ils diſent rien de la nature de l'eſprit, ce qui eſt cependant le véritable objet de leurs recher-

peſtes in Europam inducerent. Scholaſticorum itaque diſputationes de ſpiritu, nihil ad id illuſtrandum momenti habent.

Poſtrema diviſio eſt in ſubſtantiam, *&* accidens : *præſertim vero de ultimo. Quot enim hic, Deus immortalis! de* perſcitate, inalcitate, action eductiva, *& id genus aliis diſputant, quæ interrogati ipſi non intelligunt! Præſertim vero contendit Capuccinus, quidquid de* accidente *illi dicunt, falſo principio niti: quod aliquibus exemplis phyſicis luculenter ſane demonſtrat.*

Poſt hæc de prædicamentis *agunt ſcholaſtici, quas breviter ſed preſſo pede noſter perſequitur, oſtendens, quam inutiliter tempus illi talia diſputando terant. Inter alia vero monet, plurima de* ſubſiſtentia *admiſceri, quæ non niſi ex interiori theologia duci*

ches. C'eſt là qu'il faut chercher des armes contre les Epicuriens, les Spinoſiſtes, les Hobbiſtes & tant d'autres qui prétendent, ſoit ouvertement, ſoit d'une maniere détournée, que la matiere eſt capable d'intelligence, &, conſéquemment, que l'eſprit pur n'exiſte point. Il ſemble que les ſcholaſtiques ignorent l'effet de ces aſſertions hardies, tant eſt grande leur tranquillité à cet égard. On peut donc dire que leurs diſputes éternelles ſur l'eſprit n'éclairciſſent en rien la queſtion.

La derniere diviſion eſt en ſubſtance & en accident. C'eſt ſur-tout ſur l'accident qu'ils s'étendent. Que ne diſent-ils point ſur la *perſcité*, l'*inalcité*, l'*action éductive*, & ſur d'autres choſes de cette nature, dans leſquelles ils ne s'entendent pas eux-mêmes. Notre Capucin ſoutient en particulier que tout ce qu'ils diſent de l'accident, eſt appuyé ſur un faux principe; ce qu'il montre par quelques preuves tirées de la phyſique.

Les ſcholaſtiques traitent enſuite des *prédicaments*; c'eſt faire une perte de temps réelle que de l'employer à une pareille étude, comme notre auteur le montre clairement, quoiqu'en peu de mots. Il avertit ſur-tout que l'on trouve chez

poſſunt, quod hoc loco importunum eſt Itemque monet, quocumque in loco ea diſputetur, ad pauca revocari poſſe: cetera non niſi iis, qui otio difluunt, tempuſque tricis terere cupiunt, eſſe relinquenda.

Poſt has venit diſputatio de cauſſis: *de qua Capuccinus ait, quidquid de* materiali, formali, exemplari *traditur ex hoc fonte proficiſci, quod actionem eductivam, &* cauſſalitatem *neſcio quam comminiſcuntur: de qua quo plura dicunt, eo minus intelliguntur. Id certum eſt, ejuſmodi actionem tale eſſe myſterium, quod non niſi veteri metaphyſica initiatis aperiri poſſit: non niſi ab illis intelligi fas eſt: vel ut verius dicam, non niſi in eorum cerebro ſedem habet. De efficiente vero multa fingunt: quæ vero neceſſaria erant, vel non tangunt, vel recte non explicant.*

les ſcholaſtiques beaucoup de choſes ſur la *ſubſiſtance*, qui n'appartiennent qu'à la plus haute théologie, & qui, conſéquemment, ſe trouvent déplacées. Il avertit encore que cette diſcuſſion, quel que ſoit celui qui s'y livre, embraſſe peu d'objets d'examen, & que tous les autres détails dans leſquels on voit entrer les ſcholaſtiques, ne peuvent amuſer que des gens oiſifs & curieux de vétilles.

La recherche des *cauſes* vient après. Tout ce qu'ils diſent des cauſes *matérielle*, *formelle*, *exemplaire*, vient de la ſuppoſition d'une certaine action *éductive* & d'une *cauſalité* dont il n'eſt pas trop facile de voir ce qui a pu leur fournir l'idée. Auſſi, plus ils cherchent à ſe faire entendre là-deſſus, plus ils ſont inintelligibles. Cette action éductive eſt un vrai myſtére dont il n'y a que les initiés dans la vieille métaphyſique, qui puiſſent percer l'obſcurité; il n'y a qu'eux qui y conçoivent quelque choſe, ou, pour mieux dire, cela n'a jamais exiſté que dans leur cerveau. Quant à la cauſe *efficiente*, ils en parlent beaucoup, mais ils ne diſent pas un mot de ce qu'il en falloit dire, ou bien ils s'expliquent là-deſſus, on ne peut pas plus mal.

Ex his autem concludit hoc modo : ontologiam illam quæ utilitatis nomine digna eſt legi, paucis pagellis comprehendi poſſe. Tota enim quanta eſt ad hæc pauca revocatur, ut nomina quædam finiat : axiomata perſpicua, quæ ex definitionibus ducuntur, ponat: atque tirones moneat, quid certum, quid dubium, de ideis quibuſdam generalibus, apud philoſophos graviores ſit.

Poſtremo loco de Benedicto Hieronymo Feyjoo, benedictino Hiſpano, qui theatrum criticum *Hiſpano ſermone edidiſſet, Capuccinus noſter breviter verba facit. Nam cum Conimbricenſis doctor ex amici cujuſdam ſententia opponeret, ad recte judicandum de rebus nonnullis, id eſt ad faciendum bonum criticum, aptum videri librum Feyjoo; noſter ut ei errorem iſtum adimat, quid de monacho illo dicendum eſſe videatur; exponit.*

Ac primo oſtendit, hominem, qui bona logica mentem expolivit, ad quodcumque argumentum animum adjungat tam bene eſſe judicaturum, ut nullo modo tali libro neceſſe habeat. Quidquid enim boni addit Feyjoo, id ex bona ratione omnino proficiſci

nemo

D'où notre auteur conclud : que toutes les connoiſſances ontologiques, dont on peut retirer quelque utilité, ſeroient la matiere d'un très-petit nombre de pages. Le domaine de cette ſcience ne s'étend en effet qu'à fixer la ſignification de quelques mots ; qu'à poſer quelques axiomes clairs qui découlent des définitions ; & qu'à faire connoître aux commençans quelles ſont parmi les idées univerſelles celles que les vrais philoſophes regardent comme certaines ou comme douteuſes.

Notre Capucin parle enfin de Benoît-Jérôme Feijoo, bénédictin Eſpagnol, auteur du *theâtre critique*. Il dit nettement ſon avis ſur ce moine, pour faire revenir le docteur de Coïmbre de ſa prévention. Un de ſes amis l'avoit amené à regarder cet écrivain comme propre à former un bon critique ; mais il y a bien à rabattre de ce jugement.

Avec un peu de bonne logique dans la tête, quel que ſoit, dit notre auteur, l'objet auquel on s'applique, on peut ſe flatter de juger ſainement, ſans avoir beſoin de lire le P. Feijoo. Tout ce qu'on trouve de bon dans ſon ouvrage, c'eſt la

nemo ſapiens non dicet, quod adductis exemplis planum facit. Cum tamen idem Feyjoo ſine ulla ambiguitate fateatur, ſe eſſe peripateticum, in eoque glorietur, præterea ex iis, quæ adfert, manifeſtum fit in metaphyſicis hoſpitem plane eſſe; ſine ulla dubitatione infert Capuccinus, eumdem nullum philoſophum eſſe nec omnino in bona phyſica aliquid eſſe viſurum. Quod itidem diſputationibus quibuſdam phyſicis, & metaphyſicis ab eodem ſcriptis confirmat, in quibus ea tamquam poradoxa adfert Feyjoo, quæ vel tiro poſt menſem primæ inſtitutionis plane explicaret. Itaque ſic claudit, theatrum criticum *indoctis quibuſdam utilem eſſe poſſe: philoſophis, immo & tironibus bonæ philoſophiæ candidatis, non poſſe. Nam tametſi quædam utilia adferat, in multis & graviſſimis peccat, nec aliter facere poterat: adeoque tironum mentem ineptis opinionibus & omnino ridendis imbuere poteſt.*

droite raiſon qui le lui a dicté ; elle en dictera donc autant à tout autre en pareille circonſtance ; il y auroit de la folie à le nier ; & notre Capucin prouve la vérité du fait par des exemples. D'ailleurs, l'écrivain Eſpagnol ſe donne ſans détour pour péripatéticien, & ſe glorifie même de l'être ; il n'a pas même l'idée de la vraie métaphyſique ; &, s'il faut en croire notre auteur, il n'eſt pas mieux inſtruit dans la phyſique ; & ne ſauroit en aucune maniere paſſer pour philoſophe. Notre Capucin cite à cette occaſion pluſieurs paſſages de Feijoo, dans leſquels on voit cet écrivain avancer, comme des paradoxes, des choſes dont il n'y a pas d'écolier d'un mois qui ne donnât la ſolution. Son *Théâtre critique* ne peut donc ſervir qu'à ceux qui ſont abſolument dépourvus de connoiſſances ; mais il ne peut être d'aucune utilité pour les perſonnes inſtruites, ni même pour les commençans qui ont les principes de la bonne philoſophie. Si l'on trouve deux ou trois choſes utiles dans ſes écrits, cet avantage n'eſt que trop compenſé par le grand nombre de mépriſes dont ils fourmillent, & cela ſur les points les plus importans. Il ne pouvoit guére éviter de tomber dans cet

X. Nunc de decima epiſtola dicendum eſt, nempe de phyſica : *de qua cum Capuccinus fuſius ſermonem fecerit, nos conſilii memores, quædam tantum dicemus, reliquis minus neceſſariis vel prætermiſſis, vel leviter tactis.*

Ac primum veluti axioma quodam ponit Capuccinus, à nemine, ut ipſe cenſet, negandum, Luſitanos fere omnes [quidam, qui apud exteras nationes litteris operam dederunt, in hunc cenſum non veniunt] in phyſica diſciplina prorſus cæcutire. Nam de materia, *de* formis, *de* privationibus, *de* apetitu materiæ, *& hujus generis ſexcentis æternum diſputant : hanc ſolam veram, utilem neceſſariam phyſicam eſſe prædicant. Quod ſi definitione nominum contenti eſſent, nulla diſputatio eſſet. At illi contendunt, eſſe quaſdam res, quaſi vocant formas : idque duplici argumento efficere arbitrantur. Primum eſt, ita dixiſſe Ariſtotelem. Id vero negat Capuccinus, contenditque, nullis Ariſ-*

inconvénient. Cette lecture n'eſt donc propre qu'à remplir la tête des jeunes gens de préjugés groſſiers & ridicules.

X. J'ai maintenant à vous rendre compte de ſa dixieme lettre, qui roule ſur la phyſique. Comme elle eſt fort longue, & que notre Capucin y entre dans beaucoup de détails, je n'en rapporterai que ce qu'il eſt abſolument néceſſaire d'en connoître ; & je ne parlerai point de tout le reſte, ou n'en dirai que fort peu de choſes, dans la crainte de paſſer les bornes d'un extrait.

Il ſoutient d'abord, comme une vérité qui ne peut être révoquée en doute, que, ſi l'on excepte ceux d'entr'eux qui ſe ſont appliqués aux lettres dans les pays étrangers, les Portugais ne connoiſſent rien en phyſique. Ils diſputent en effet ſans relâche ſur la *matiere*, ſur les *formes* ſur l'*apetit de la matiere*, & ſur cent autres choſes de cette nature ; voilà, ſelon eux, en quoi conſiſte l'eſſence, la vérité, l'utilité, la néceſſité de la phyſique. S'ils vouloient ſe contenter de définir les termes, ils ſeroient bientôt d'accord ; mais ils ſoutiennent la réalité de certains êtres qu'ils appellent *formes*, & regardent leur aſſertion comme établie au moyen de deux

totelis locis confici poſſe. Nam ait ille quidem, fieri compoſitum, non vero formam. Quod itidem confirmat teſtimonio B. Thomæ. Huic addit Ciceronem, qui cum Græcæ ad miraculum ſciret, Ariſtotelemque, Platonem, ceteroſque, quos adtente legerat, multo melius, quam vel omnes ſcholaſtici in unum coacti, intelligeret, non uno tantum loco ait, peripateticos, & academicos nominibus differentes eſſe, re congruentes: cum tamen putet Capuccinus academicos nullo modo tales formas admiſiſſe. Illud putare non poſſumus, Ariſtotelem in exponendis rebus phyſicis numquam ad tales formas confugere.

Alterum argumentum eſt, Conſtancienſe concilium contra Wickleſſum finiviſſe, formas accidentales eſſe in euchariſtia. *Id itidem negat Capuccinus, breviterque oſtendit, ex hiſtoricis notum eſſe, Wickleſſum numquam dixiſſe*, non eſſe accidentia in euchariſtia : *ſed* ſub accidentibus eſſe ſubſ-

preuves dont ils ſe ſervent. La premiere preuve de l'exiſtence de ces êtres, c'eſt qu'Ariſtote a dit qu'ils exiſtoient. Notre Capucin le nie poſitivement, & ſoutient qu'on ne trouve rien qui reſſemble à cette opinion dans les écrits de ce philoſophe. Il s'appuye là-deſſus de l'autorité de ſaint Thomas, & de celle de Cicéron. Ce dernier avoit la plus parfaite intelligence de la langue Grecque ; il entendoit mieux que tous les ſcholaſtiques enſemble ne pourroient les entendre, Ariſtote, Platon & les autres philoſophes qu'il avoit lus avec attention ; & il dit, en plus d'un endroit, que les académiciens & les péripateticiens ne différoient entr'eux que dans les termes : or, comme le penſe notre Capucin, les académiciens n'ont jamais admis l'exiſtence de pareilles formes. Il n'eſt pas moins certain qu'Ariſtote n'y a jamais eu recours pour expliquer les matieres de phyſique.

L'autre preuve qu'ils employent, eſt tirée du concile de Conſtance, qu'ils prétendent avoir établi contre Wiclef, qu'*il y avoit des formes accidentelles dans l'euchariſtie*. Notre Capucin nie encore ceci, & il montre, avec le ſecours de l'hiſtoire, que Wiclef n'a jamais dit qu'*il n'y avoit*

tantiam panis, non vero Chriſtum. *Hunc ergo errorem damnavit concilium : non accidentium exiſtentiam dogma eſſe dixit, propterea quia id vident & ſentiunt omnes : nemo niſi demens negat. Confirmat id ex concil. Cantuar. anno* 1396. *quod ex duabus primis Wickleffi propoſitionibus unam compoſuit, propterea quia cognoverat in utraque eumdem errorem contineri, ſed alio modo. Addit, Maignanum, Saguenſium, alioſque recentiores hæc tanta luce perfudiſſe, omnino ut dubitandi reliquus nullus locus ſit.*

His conſtitutis, *exiſtimat*, *ex duplici radice illa*, inſcientia, & præjudicatis ſententiis, *infinitam vim pullulare ineptiſſimarum quæſtionum, quas ſpecioſo philoſophiæ, & phyſicæ nomine tegunt Luſitani. Nec mirum : quid enim aliud facere poſſunt homines, qui phyſicam diſciplinam non ex ipſa natura deducunt, ſed ex libris Suareſii Luſitani, Comptoni, Rhodeſii, Ribeiro, Arriagæ, aliorumque, qui numquam de contemplandis naturæ effectis ne per ſomnium*

point d'accidens dans l'euchariſtie, mais ſimplement que *c'étoit la ſubſtance du pain, & non Jéſus-Chriſt, qui ſe trouvoit ſous ces accidens :* erreur que le concile condamna, mais ſans donner pour un dogme l'exiſtence des accidens. Ce ſont de ces vérités ſenſibles que l'on ne peut nier ſans être fou. Il cite encore le concile tenu en 1396. à Cantorbery, où les peres du concile ne firent qu'une ſeule propoſition des deux premieres propoſitions de Wiclef, parce qu'ils s'étoient apperçus qu'elles contenoient toutes deux la même erreur en termes différens. Il cite enfin Maignan, Saguenſius, & d'autres modernes qui ont répandu tant de clarté ſur cette queſtion, qu'il ne peut y avoir lieu maintenant au moindre doute.

L'ignorance & les préjugés enfantent cette quantité innombrable de queſtions futiles que les Portugais décorent du nom de phyſique & de philoſophie. La conduite qu'ils tiennent, n'a rien qui doive étonner. Que peut-on attendre en effet de gens qui n'étudient point la phyſique dans la nature, mais dans les livres de Suarez le Portugais, de Compton, de Rhodeſius, de Ribeiro, d'Arriaga, & d'autres auteurs ſemblables; célébres phy-

cogitarunt? Ubi falſe ridet inſcitiam P. Ribeiro, qui, ut nobis perſuadeat ſanguinem in corpore animali perpetuo motu ambitum efficere; ſpretis Harvei perſpicuis argumentis, his ſe rationibus ejuſmodi motum demonſtraturum eſſe exiſtimat; 1°. quia admiſſo motu ſanguinis, facilius intelligitur, quo pacto ſanguinis calorem & ſpiritus animales *in omnes partes deferat; 2°. quia quemadmodum motus ſolis eo conſilio fuit, factus ut ſingulas mundi partes calefaciat; ita ſanguinis motus eſt neceſſarius ut calorem, & ſpiritus in omnes partes fundat; 3°. quia natura fœtum facit in modum circuli, ne partes de primatu certent: & ut in omnes partes calor, & alimonia deferatur. Hic tamen apud domeſticos ſuos, tamquam aliquis Boerhaavius, Winſlowius, Malpighius, Morgagnius, colitur & habetur.*

Quod ſi rem penitus conſideramus, intelligimus profecto, fieri non poſſe quin ita Luſitani fere omnes philoſophentur. Cum enim

ſiciens qui n'ont jamais eu l'idée, pas même en ſonge, de s'appliquer à la contemplation des effets de la nature? Notre Capucin s'égaye ſur-tout ingénieuſement aux dépens de Ribeiro qui, dédaignant les argumens dont ſe ſert Harvey, croit démontrer la circulation du ſang dans les animaux, en diſant qu'il faut qu'elle ſe faſſe, 1°. parce qu'au moyen de la ſuppoſition de ce mouvement du ſang, on conçoit bien plus facilement la maniere dont la chaleur & les eſprits animaux ſont portés dans toutes les parties; 2°. parce que, de même que le mouvement a été imprimé au ſoleil, afin qu'il échauffât toutes les parties de l'univers, il a dû néceſſairement être donné au ſang, afin qu'il portât de tous côtés la chaleur & les eſprits animaux; 3°. parce que la nature donne au fétus une forme circulaire; afin que les membres ne diſputent point entr'eux de prééminence, & que la chaleur & la nourriture ſe diſtribuent également. Ses compatriotes révérent cependant ce docteur, comme ſi c'étoit un Boerhaave, un Winſlow, un Malpighi ou un Morgagni.

Si l'on veut y faire attention, on verra qu'il eſt impoſſible que les Portugais aient une autre maniere de philoſopher. Ils ne

non ex illis, quæ certo experimento demonſtrata ſunt, ſed ex præjudicatis opinionibus diſputent; item cum corpora non in ſe ipſis examinent, ſed in libris præceptorum ſuorum; nihil melius facere poſſunt, quam illi unde hauſerunt. Quid ſi præceptores erra-runt? Nihil refert, gerendus mos eſt.

Atque hic poſtquam expoſuit nominatim veteres philoſophos pauca quædam certa tot inter incerta, & falſa nobis ſcripta reliquiſſe; docet, laudandos eſſe, quod plurima tentarunt: condonandum tamen illis eſſe, quod ad metam non pervenerunt, nondum enim poterant, propterea quia inſtrumentis, quæ recentiores invenerunt, omnino carebant. Deinde admonet etiam, eoſdem recentiores non niſi pedetentim à Carteſiana, & Gaſſendiana uſque ad Neutonianam methodum perveniſſe: quæ poſtrema in hoc laudari debet, quod non hypotheſibus, ſed firmiſſimis experimentis fundatur. Nulli enim addictus ſectæ germanus philoſophus eſſe debet, ſed veritatem ipſam inveſtigare, in ea ſola quieſcere. Quod cum in academiis regiis præcipuo in honore habeatur, hi libri

partent point en effet de démonſtrations appuyées ſur l'expérience, mais de préjugés ; ils n'examinent point la nature des corps ſur les corps mêmes ; ce n'eſt que dans les livres, & que dans des livres de leurs profeſſeurs, qu'ils les voient. Que peuvent-ils faire de mieux que ceux qui leur fourniſſent leurs connoiſſances ? Si leurs profeſſeurs ſe ſont trompés, c'eſt ce qui importe fort peu, il faut ſuivre l'uſage, & jurer d'après eux.

Les philoſophes anciens, que notre Capucin paſſe tous en revue, nous ont laiſſé peu de notions certaines ; le doute & l'erreur occupent plus des trois quarts de leurs écrits. On leur doit cependant ſavoir gré d'avoir fait de tous côtés des tentatives ; &, s'ils n'ont pas atteint le but, il ne faut pas les en eſtimer moins ; il ne leur étoit pas encore poſſible de l'atteindre, privés qu'ils étoient des inſtrumens que les modernes ont découverts. Ces derniers même n'ont fait que des progrès peu rapides depuis Deſcartes & Gaſſendi juſqu'à Newton, dont la méthode eſt d'autant plus digne d'éloges, qu'elle n'admet point d'hypothéſes, & qu'elle ne s'appuye que ſur l'expérience. Un véritable philoſophe ne doit embraſſer aucun

præter ceteros, horumque ſimiles, ad veram phyſicam comparandam utiles ſunt.

Hinc veræ phyſicæ naturam preſſius conſiderans, ut aliqualem ejuſdem notionem Conimbricenſi doctori imprimat, tali modo philoſophatur. Phyſica eſt diſciplina, quæ corporis, & ſpiritus naturam inveſtigat ope effectuum & proprietatum. Sed de ſpiritu alio loco. Corpora autem proprietates habent partim communes, partim peculiares: hæ ex illis proficiſcuntur. Quare ut effectuum cauſſam penitus cognoſcamus, primum proprietates, quæ communes dicuntur, exploratas habere neceſſe eſt: ut ab illis, quæ ſingulorum propriæ ſunt, ſejungi poſſint.

Corpus itaque [quidquid tamdem illud reapſe ſit, neque enim intima natura illius plane cognita eſt] conſideranti illico offert

ſyſtême; c'eſt la vérité ſeule qu'il faut qu'il recherche; c'eſt à la vérité ſeule qu'il faut qu'il s'arrête. Cet eſprit anime particuliérement les académies; auſſi les ouvrages qui ſortent de leur ſein, & ceux qui portent le même caractere anti-ſyſtématique, ſont-ils les vrais dépôts de la ſaine phyſique.

Notre Capucin conſidere enſuite d'une maniere moins générale l'eſſence de la phyſique, &, pour en donner quelque idée au docteur de Coïmbre, il en diſcourt ainſi. La phyſique eſt une ſcience qui a pour objet la recherche de la nature du corps & de l'eſprit, au moyen des effets & des propriétés. Il ſera queſtion ailleurs de l'eſprit. Il y a des propriétés qui ſont communes à tous les corps; il y en a qui ſont particulieres à de certains corps. La connoiſſance de ces dernieres découle de la connoiſſance des premieres. Ainſi donc, pour connoître à fond la cauſe des effets, il faut d'abord connoître les propriétés qui ſont communes à tous les corps, afin de pouvoir en ſéparer celles qui ſont particulieres à certains corps.

Le corps, quelque choſe que ce ſoit en ſoi qu'un corps, car ſon eſſence n'eſt pas entierement connue, offre à celui qui

quatuor hæc : extenſionem, impenetrabilitatem figuram mobilitatem. *Harum autem conſideratio facile nos ad alias proprietates explorandas manuducit. Nam ab* extenſione, *ad* diviſibilitatem *facile venimus. Ab* impenetrabilitate *ad* duritiem, denſitatem, poroſitatem, raritatem, *&c.*

Ex figura *autem, &* motu *plurima alia proficiſcuntur.* Figura *enim terminos habet ſeu* ſuperficies, *quæ corporis molem ſeu quantitatem finiunt. Porro ex quantitate molis vires corporis naſcuntur. Ex quo conſequitur, ad cognoſcendas vires corporis neceſſariam eſſe ſcientiam ſuperficiorum, ſeu* geometriam. *Deinde corporum vires ex quantitate molis, ejuſdemque velocitate motus ortum ducunt. Cum autem quantitas molis ex ſuperficie pendeat, oportet eum, qui vires corporis cognitas habere cupit, & ſuperficies, & velocitatem motus exacte metiri. Phyſicus itaque, quod corporum vires noſcere debet, geometria inſtructus ſit oportet. Cumque geometria ab arithmetica, atque adeo ab algebra, ſaltim hac ætate, ſejungi non poſſit, utramque calleat neceſſe eſt.*

l'examine les quatre propriétés ſuivantes, *l'étendue*, *l'impénétrabilité*, *la figure & la mobilité*. Ces propriétés connues nous donnent la connoiſſance des autres. L'idée de l'*extenſion* nous mene à l'idée de la *diviſibilité*, & l'idée de l'*impénétrabilité* à celle de la *dureté*, de la *denſité*, de la *poroſité*, &c.

D'autres idées découlent des idées de *figure* & de *mouvement*. La *figure* a en effet des limites ou une *ſurface* qui terminent la maſſe du corps ou la quantité. De la quantité de la maſſe, découlent les forces du corps. D'où il ſuit que la ſcience des ſurfaces, ou la *géométrie*, eſt néceſſaire pour connoître les forces des corps. On voit enſuite que la force des corps, qui vient de leur maſſe, vient auſſi de la vîteſſe de leur mouvement. Or, comme la quantité d'une maſſe eſt déterminée par ſa ſurface, il faut que celui qui veut connoître les forces d'un corps, puiſſe meſurer & ſes ſurfaces & les dégrés de vîteſſe de ſon mouvement; il eſt donc néceſſaire que le phyſicien qui veut connoître les forces des corps, ſache la géométrie. Mais le géométre ne pouvant à ſon tour ſe paſſer maintenant ſur-tout de l'arithméticien & même de l'algébriſte, la connoiſſance de

Itaque geometria, & algebra veluti clavis eſt univerſæ phyſicæ, & mathematicæ mixtæ: nihil enim aliud ſunt prædictæ mathematicæ partes, quam res phyſicæ ex legibus matheſeos demonſtratæ. Adeoque mathematicam calleat neceſſe eſt ille, qui in phyſica diſciplina tota quanta eſt, aliqua laude perfectus haberi cupit; quod nonnullis exemplis illuſtrat Capuccinus. Quod ſi ratio ipſa non vinceret, quam neceſſaria ſit phyſico peritia mathematicæ, vel ipſa emendate phyſicæ ἐποχὴ atque eorum, qui eam emendarunt, lectio ſatis ſuperque, quod volumus, conficeret. Quis enim hiſtoria litteraria leviter tinctus ignorat, Galilæum, Carteſium, Gaſſendum, Hobbeſium, utrumque Paſchalium, Merſenum, Borellium, Torricellium, qui prima fundamenta emendandæ phyſicæ jecerunt; quis Huygenſium, Montmortium, quis denique Newtonum, Bernoullium, Cheynium, ceteroſque, qui eidem extremam manum adjecerunt; eoſdem mathematicam intimiorem & ſublimiorem ad illud faſtigium evexiſſe, in quo nunc temporis eam demiramur? Quid? quod uſu exploratum eſt, adoleſcentes, qui his diſciplinis operam dederunt, longo poſt ſe intervallo

l'arithmétique & de l'algébre devient indiſpenſable.

L'algébre & la géométrie ſont donc les deux clefs de la phyſique & des mathématiques mixtes ; & , dans le fait, ces parties des mathématiques ne ſont que les objets de la phyſique , démontrés mathématiquement. Il faut donc que celui qui veut connoître parfaitement quelque partie que ce ſoit de la phyſique , ſache les mathématiques. Notre Capucin en apporte pluſieurs preuves. Pour ſe convaincre de la néceſſité de cette connoiſſance , il ſuffiroit, au défaut du raiſonnement, de voir quelle eſt l'époque du changement en mieux qui s'eſt fait dans la phyſique , & de lire les ouvrages de ceux qui ont opéré ce changement. Peut-on en effet avoir la moindre teinture de l'hiſtoire littéraire, & ignorer que Galilée, Deſcartes, Gaſſendi, Hobbes, les deux Paſcal, Merſene, Borelli, Torricelli, qui ont jetté les fondemens de la bonne phyſique, & Huygens, Montmort, Newton, Bernoulli, Cheyne & tant d'autres qui ont ſervi à élever l'édifice, ont porté les mathématiques à ce dégré où nous les voyons maintenant avec admiration ? L'expérience enfin ne démontre-t-elle

reliquos, qui veteri methodo philoſophantur, relinquere.

Neque tamen Capuccinus adoleſcentes tanta mathematicæ notitia eruditos eſſe vult, quanta Newtonus, Leibnizius, Bernoullius &c. ſed quanta huic primæ inſtitutioni neceſſaria videtur. Itaque commendat pueris, qui Gallicæ, & Italicæ neſciunt, geometriam Tacqueti *cum animadverſionis Whiſtoni. Item* Theoremata Archimedis : Sectiones conicas P. Grandi, *cum notis Cameti; vel* Sectiones P. Orlandi, *quæ valde perſpicuæ ſunt. Item* Arithmeticam Tacqueti *à Nicolao de Martina illuſtratam : vel etiam Paulini à S. Joſepho* Inſtit. arithmeticæ, & algebræ. *Iis vero, qui aliquos progreſſus habent,* Wolfium, Hoſpitalium, *ceteroſque.*

Hinc poſtquam graviſſimorum recentiorum exemplo oſtendit, non alia ratione, quam mathematicæ præſidio, ad interiora phyſicæ perveniri poſſe ; malam conſuetudinem reprehendit Luſitanorum, qui putant,

pas que ceux qui s'appliquent à ces ſciences, laiſſent bien loin derriere eux tous ceux qui gardent l'ancienne maniere d'étudier.

